omnibus dolosus,& perfidus ad decipiendum noſtrum cognatum fidelissimum, Ducem Burgundiæ,arguitur. Datum Trecis die 27. Ianuarij 1419. Regni noſtri anno quadrageſimo. Vult tamen eſſe data in anno 1420. ob errorem Typographorum,quia pax erat antea inita,ſub die 29. Iulij 1419.delictum verò patratum fuit poſt pacem,& inde factum fuit edictum in mẽſe Ianuarij anni ſequentis 1420. Poſui totum huius edicti tenorem, pro eis,qui in promptu hiſtoricos non habent;ac etiam,quia patet publicè declaratum Henricum V. Angliæ Regem, fuiſſe & Galliæ ſucceſſorem,ob vxorẽ.Sic poſtmodum Henricus VI.vt ſupra dixi,ex Tilio,& alijs Hiſtoricis,Henrici V. filius in anno 1432.
52 fuit Rex Galliæ coronatus;† erexitq; ſtudium Cadomenſe in Normandia in anno 1433.vt dicit Renatus Choppin.de Doman. Franciæ. lib. 3.tit.27. nu.17. De huius Ducis Ioannis morte Hadrianus Barlandus in Chronico Braban-
53 tiæ.cap.91. inquit:Quidam hunc tradunt † in oppido Galliarum,cui Monſtrolium nomẽ eſt, interemptum; quo loco dies Principum conuentioni dictus erat. Cædis authorem fuiſſe Delphinum, qui poſtea Rex factus,Caroli VII. nomen accepit.De hoc etiam Iacobus Marchãtus de Reb.Flandriæ Memorabilib.cap.17.Cu-
54 ius (inquit) ex filia nepos,Io.Diuionius, † cũ Monſtrolij ad Sequanæ,& Ionæ confluentem, præſente Carolo Delphino Viennenſi, à quo amicitiam, fidemq; ſanctiſsimè iurato,illuc vocabatur,trucidatus eſt.Et Guliel.Paradinus de antiquo ſtatu Burgundiæ. cap.6. Ijs (inquit) enim, quibus Ludouicum exceperat inſidijs, cęcidit apud Mõſteriolum, id oppiduli nomẽ, ad cõfluentem Ionæ,& Sequanę,quorum Principum cædes, nobis vix æſtimandis conſtitit cladibus: illorum ſiquidem vulnerum diù luit Gallia vniuerſa cruorem. Et ſic veritas extitit, quàmuis ægrè ferant Galli,etiam narrare prætendentias Anglorum Regum, in Regnis Galliæ,cum nec auribus id audire permittant,quia
55 Simon Pollitus†Compẽdianus,cum ſemel Lutetiæ palam dixiſſet ſuper Regno Galliæ, eſſe potiora iura Odoardi Angli, quàm Philippi Valeſij, fuit captus, & truncatus manibus, ac pedibus ad patibulum tractus, ibiq; ſuffixus, vt refert Meyerus Annalium Flandriæ. lib.12. in fin.vnde rectè idem Hiſtoricus: At poſtquã, inquit, (malo, neſcioquo, Gallorum Genio) ſoli inter alios ſemper Franci dominari conati ſunt, omnia conturbata,omnia triſtia, omnia luctuoſa,omnia ſeditioſa, nuſquàm pacem,nuſquàm quietem hactenus vidimus. Optatiſſimam viſa eſt Anglia offerre occaſionem, ſed Gallicana illa hebetudo, & Infęlicitas per Sa-
56 licam † infatuata,arripere nequiuit. Hæc Meyerus.

Septimò,dicta verba legis Salicæ,minime lo-
57 quũtur de regnis Galliæ,eius enim verba † ità feruntur. DE TERRA VERO SALICA nulla portio hæreditatis mulieri veniat,ſed ad virilẽ ſexum tota terræ hæreditas perueniat.vt in titul.de Allode.cap 62. Quæ ſit autem iſtâ terra Salica, ad huc non conſtat, & idcirco eſt Diuinatio illa, quam facit Carol.de graſſ.Regal. Franciæ. lib.1. iure 17. verſ.primo. Quòd ter-
58 ra Salica dicatur † terra, quæ adhæret coronæ. & Ioan. Feraldus Priuileg 20. Qua expoſitione,quid dici poſſit magis ambiguum, non inuenio:eſt enim mera declaratio diuinatiua, & textui minimè congruens, ideo repellenda. Maximè cum dicta lex facta fuerit in prima Francia, quam Orientalem Galli,ſeu Franconiam dixere, & idcirco ſuam Franciam dixere, vt ſupra diximus cap.4. Vnde,& ſi ponatur verè legem hanc factam extitiſſe, attento loco, in quo facta fuit, adhuc loqui de Francia illa intelligẽdum erit,potius quàm de Gal-
59 lia: vt poſt Eguinarthum † in Carolo Magno. Hermannum Comitem in lib. de Origi. Francorum. dicit Franciſc. Hotom. in indice verb. Feudalium.in verb.Salica lex.vbi reprehendit Claudiũ de Seyſello,& Vitum Amberbacchiũ, dicentes Salicam ideſt Gallicam: in quem errorem, miror cæcidiſſe Franc. Connan. Commentar. iuris ciuil. lib. 1. cap.8. num.4. exponẽtem Saliorum ideſt Gallorum. Sed Io.Feral. in dicto Priuileg.20.dicit,Salicam appellatam
60 à loco Saletham, vbi condita eſt. † Vel à Sale; quia ſicuti Sal condimentum eſt cibi, ſic Salica lex condimentum fuit Francis vitæ melioris.Tamen vtraq; etymologia ſapit diuinationem,& contradicit eidem legi,quæ dicit TERRA SALICA. Vnde declaratio facienda erat, quod nam iſtud territorium Salicum ſit. Sed dum ipſi diuinant, diſcamus, & nos ſimiliter ad etymologiam diuinare,& pro eis dicamus,
61 Salicam dici à Salogaſte, † vno ex illius legis conditoribus. Vel melius ipſi tueri poſſent, terram Salicam illam eſſe, quæ eſt inter Maſſi-
62 lienſes, & Ligures,†de quibus loquitur Strabo lib.4. quos Plin.lib.3.cap.5.quaſi ſub Liguribus inter Italos eos enumerat, & deſcribit, à quibus Salijs dicit ortos fuiſſe Vercellenſes. Idem Plin.lib.3. cap.17. à quibus legem Salicam appellatam fuiſſe, ac iſtud didiciſſe à magni nominis viro Gulielmo Bellaio Langeo, Gulielmus Paradinus de Antiquo ſtatu Burgũdiæ cap.7. 10. & 16. ſed ante eos id Bellaium didiciſſe crediderim à Liuio lib.5. Vel potius dicant, Salios eſſe eoſdem Francos Orienta-
63 les, quos Francones nunc appellant, † à Sala fluuio ibidem exiſtente. vt voluit Andr. Althamerus in Commentar. ad Cornel. Tacitũ, quem ſequutus eſt Andr. Alciatus, dicens inde Salicam appellari. de his Franconibus expreſsim de Conſtantino ſcribens Ammianus Marcellinus lib.17. Quibus (inquit) paratis,
64 petit primos † omnium Francos; eos videlicet,

licèt, quòs cõſuetudo Salios appellauit. quod, & firmat Iacob. Meyerus Annal. Flandriæ. lib. 12. & Albert. Crantius in Saxonia lib. 2. cap. 18. vbi agit de Flumine Sala. Vnde cum dicat lex illa, Terram Salicam, iſta loca iam nominata, iam in illa prohibitione venirent; & inuanum, ac diuinatiuè ad omne Regnum Galliæ protraheretur; tam malè etiam inter ſe, ipſimet diſſentiunt. An potius dicatur Salica, à Sali-
65 ce, quia tum ſalix antequam † ad maturitatem perueniat, ſemen amittat, & ob id apud Ho-
66 merum ſalix † dicitur Frugiperda, ſemenque ipſius ſalicis, mulieribus ſterilitatis medicamentum eſſe conſtet: vt ſcribit Plin. libro 16. cap. 26. Hinc forſitan Salicam dici voluerunt, quaſi ſuccedendi ſterilitatem mulieribus pariat. Vel Salicam à Salijs Sacerdotibus dictam,
67 ac eam legem, de † Terra Sacerdotibus data loqui, vt in ea fœminæ non ſuccedant; quaſi à Sacerdotum conſortio arceantur, & ad ſolos ſacerdotes perueniat, non autem ad Sacerdotum filias. Salij autem Sacerdotes apud
68 Romanos † Marti Gradiuo duodecim fuere à Numa Pompilio inſtituti, ſalij à ſaltando appellati, quòd quotannis in comitijs, ornati tunicis verſi coloribus per vrbem incedentes tripudiabant, ſuccincti baltheis æneis, Togas fibulis nectebant, quas Trabæas appellabant; Pileosque in capite gerebant, quos apices nuncupabant; Gladio accincti, dextra lanceam ſiue Virgam, Læua Thraciam Peltam, Ancyle vocabant, quæ cœleſtia erant arma. Indigenæ illi, habentes viuentem vtrunque parentem, ac liberos: quorum Sacerdotum inuentionem, & officia deſcribit Liuius lib. 1. Lucius Feneſtell. de Magiſtratibus ſacerdot. cap. 6. 7. Pomponius Lętus cap. 8. plenius Alexand. ab Alexan. Dier. Genial. lib. 1. cap. 26. Alexan. Sardus de Moribus gentium. lib. 13. cap. 17. Carolus Sigon. de antiq. iur. ciu. Roman. lib. 1. c. 19. Franciſc. Connan. Commentar. iuris ciuilis. lib. 1. cap. 12. num. 3. Et idcirco illam legem Salicam non pro Gallis, ſed Sacerdotibus factam fuiſſe, aſſeuerari poteſt.

Nec text. in dicto cap. primo de filijs natur. ex matrimon. ad Morganatic. contract. loqui-
69 tur † de lege Salica. Nam Andr. de Iſern. antiquus Feudiſtarum Doctor, intelligit tex. vt dicat, lege ſolita. non lege Salica. Quaſi textus dicat, quod ſoli primi filij ſuccedant ex ſolita lege, non autem ſecundi filij, quem ibi ſimpliciter ſequuntur Iacob. Aluarot. & Matth. de Afflict.

ARGVMENTVM Cap. LVIII.

Catholici Hiſpaniarum Reges in Imperatorem eligi poſſunt.

COMPENDIVM.

1 *Ludouici Tertij Imperatoris dictum de Adelberti Marchionis Lucæ diuitijs.*
2 *Adelberti Marchionis Lucæ domus inſtructa.*
3 *Imperio quilibet eligi poteſt, dum tamen eligi poſſit, ſuaque requiſita habeat.*
4 *Eligendus in Imperatorem, prius videndum eſt, num Imperio dignus ſit.*
5 *Eligentes debent in eligendum in Imperatorem conſentire.*
6 *Electores Imperij à Summo Pontifice eligendi ius habuerunt.*
7 *Schiſma dum fuit electus Imperator Alphonſus Decimus Hiſpaniæ Rex, & Ricardus Northumbriæ Comes, Angli Regis frater.*
8 *Alphonſus Decimus leges Hiſpanicas compoſuit, & Aſtronomicas tabulas edidit.*
9 *Alphonſus Decimus in nuptijs Ferdinandi filij, & Blanchæ congiarium populo dedit, & pauperibus viritim veſtes.*
10 *Alphonſus Decimus Imperatorem Conſtantinopolitanum à Soldano captum, ingenti pecunia redemit.*
15 *Alphonſus ceſſit iura imperij, quia occupatus Hiſpaniæ Regnis; Imperium capere minimè potuit. num. 12.*
13 *Ricardus ab Archiepiſcopo Moguntino, & Comite Palatino tantum fuit electus. Alphonſus verò à cunctis alijs.*
14 *Ricardus in acquirendo Imperio pecuniarum acerno uſus.*
15 *Carolus Quintus Rex Hiſpaniarũ Imperator electus.*
16 *Hiſpania habuit ſuos Imperatores Romæ, & Conſtantinopoli.*
17 *Papa eligit Imperatorem negligentibus electoribus.*
18 *Imperium tam diù durabit apud Germanos, quàmdiù Eccleſia expediens iudicauerit. Et ſi electores, vel eligere nollent, vel concordare non poſſunt. num. 19.*
20 *Electores in eligendo negligentes, electio deuoluetur ad Papam.*
21 *Iuſtus Lypſius, noſtro æuo litterarum cultor egregius.*
22 *Alphonſus Rex Neapolis, non vnius tantum orbis, ſed plurium, ſi fieri poſſet, Imperio dignus.*

CAP. LVIII.

HIſpaniarum Catholici Reges, & ſi nulli humano Imperatori, aut Principi inuideãt, cum eis conueniat illud, quod olim dixiſſe fe-
1 runt Ludouicum † III. Imperatorem: hic enim cum eſſet Lucæ in omnem Regiæ magnificentiæ ſpeciem effuſo apparatu exceptus ab Alde-
2 berto † Lucæ Marchione, videſq; lectiſſimas hominum militum cohortes, ſummam domus dignitatem, ac maximas familiæ impenſas; inuidia tumẽs, amico ad aures dixit: Nimirum hic Regis potius, q̃ Marchionis nomine poteſt dignari, neq; enim vlla in re mihi, niſi titulo cedit.

dit, vt refert Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib.6. Hac tamẽ prærogatiua lætantur, & in Reges ac Romanorum Imperatores eligi poſſunt. Quilibet enim in Principem eligi poteſt,
3 dum † tamen Imperio dignus ſit, & ſua habeat requiſita. cap. Venerabilem. de elect. Prius tamen vident, an eligendus, Imperio dignus
4 † ſit. l. Fin. §. Quæ omnia. C. de quadrien. præſcript. Bald. in titul. de Pace Conſtant. in verb. Conceſſerimus. quæſt. 3. vbi inquit: quemlibet poſſe in Principem eligi, in quem eligentes
5 conſenſerint: † vt latius ſcribit Reſtaur. Caſtald. de Imperator. quæſt. 9. Et quàmquàm electores Imperij ex Germanis Principibus, electionem facere ſoliti ſint, ſubſequente tamen licentia, & annuente id Romano Pontifice à
6 quo electores, † eligendi ius habuerunt, vt ſcripſi ad Bellugam in Specul. Principum. Rub. 14 §. Veniamus. In verb. Archiepiſcopus Moguntinus. Elegerunt tamen quandoque exteros Principes, pro ut fecerunt vacante Imperio ob mortem Friderici Secundi Imperatoris; quo tempore Electores Imperij Schiſma fecerunt: aliqui enim ipſorum Richardum Northumbriæ Comitem, Angliæ Regis fratrem: alij
7 verò Alphonſum Decimum † Hiſpaniæ Regem elegerunt. Nec immeritò Alphonſus electus fuit, cuius geſta domi, foriſq; maxima memorantur. Hic leges Hiſpanicas (partitas nomi-
8 nant) in ſua volumina digeſſit, & † ordinauit. Canones Aſtrologicos (quos Alphonſinas tabulas appellant) compoſuit, ex quibus Aſtrologi cognomen adeptus eſt. Magna demum liberalitas, atq; munificentia apud eum fuere: quippe qui in Ferdinandi filij, & Blanchæ nu-
9 ptijs congiarium populo dedit, † in quo viritim pauperibus veſtes exhibuit. Imperatorem inſuper Conſtantinopolitanum à Soldano captum, ære ingenti † exhibito, liberaliſſimè redemit. Et quàmquàm neutri ipſorum Imperium fuerit delatum, vt dicit Baptiſta Platina. in Clemente IV. tamen ibidem aſſeruit, magnam hominum partem eidem Alphõſo Imperium detuliſſe. Et idem Platina in Gregorio X. inquit, poſt mortem Richardi, Alphonſum Pontifici in Italiam venienti obuiũ, Rodulpho tunc electo Romanorum Imperatori, omnia Imperij iu-
11 ra ſibi ſpectantia ceſſiſſe. quod fatetur † etiam Albert. Crantius in Saxonia. lib. 8. c. 30. & Bernardin. Corius. Hiſtor. lib. 2. de quo Alphonſus de Carthagena in Anacephaleoſi Regum Hiſpanorum. cap. 84. dicit: Neq; Richardum, neque Alphõſum habuiſſe Pontificis benedictionem. Quinimmo occupatum Alphõſum in Hi-
12 ſpaniæ † Regnis, vacare non potuiſſe, vt ſuum ius obtineret. voluit Lucius Marin. de Reg. Hiſpan. lib. 7. cap. 1. Germanographus. lib. 3. dixit, Richardum ab Archiepiſcopo Moguntino, &
13 Comite Palatino tantum fuiſſe electum: † Alphonſum verò cunctorum aliorum eligentium Principum ſuffragijs, eundemque Richardo maximo pecuniarum aceruo, Imperium qua-
14 ſi venale habere † voluiſſe. Eodẽm pacto Electores Carolum Quintum Auſtriatum; Hiſpaniarum, Neapolis, aliorumque Regnorum Re-
15 gem in Romanorum † Imperatorem elegerũt; quo vllus vnquam; vel maior, aũt vigilantior extitit. Nec nouum id fuit: habuerat enim Hi-
16 ſpania † ſuos Imperatores Romanos, & Cõſtantinopolitanos, Neruam, Vlpium Traianum, Helium Adrianum, Antoninum Pium, & M. Antonium Imperatores Romanos: Theodoſium ſeniorem, Archadium, Honorium, ac Theodoſium iuniorem, Imperatores Conſtantinopolitanos, quorum virtutes alios prędeceſſores tũc Imperatores obumbrarũt: vt Hiſtorici omnes
8 fidiſſimi teſtes erunt; ex quibus liquet dubium nõ eſſe Philippi Catholici Regis familiam eligi poſſe ad Imperij culmen.

Negligentibus verò Imperij Electoribus, in eligendo Imperatore, electio ſpectabit ad Papam, à quo illi poteſtatem habuerunt: vt cen-
17 ſuit † Alphonſus Aluarez in Specul. Rom. Pontific. cap. 56. col. 1. Quia Imperium tam diù durat apud Germanos, quàm diù eccleſia expe-
18 diens † iudicauerit: vt inquit D. Tho. de Aquino de Regimin. Princip. lib. 3. cap. 18. & 19. ſequitur Lancellot. Conrad. in templo omn. iud. lib. 1. cap. 1. q. 2. nu. 9. dixi ad Bellugam in loco ſupra allegato. Quod procederet, etiam ſi Electores eligere nollent, vel cõcordare non poſ-
19 ſent: iuxta † diſpoſitionem. cap. Venerabilem. ſupra alleg. Vnde quia de iure non eſt præfixum tempus certum ad Imperatorem eligendum, Papa non poterit eligere, niſi prius illos admoneat: & ſi poſt ſtatutum ab eo diem, Electores in eligendo negligentes fuerint, electio
20 deuoluetur ad Papam; † quia ſtatuta dies interpellat, & facit contumaciam. cap. Potuit. extra. de locat. & ſentit Ioan. Andr. in cap. Ad Apoſtolicæ. de ſent. & re iudic. in 6. & Beatus Ioan. de Capiſtran. de poteſtat. Pap. ſecunda parte, 2. partis princip. verſic. Nunquid Papa poſsit. Philippi Regis Catholici virtutes totius orbis Imperio dignas, præteream; ſufficit vſurpare, quod de Alphonſo Neapoli Rege, ſcribit litterarum bonarum cultor æuo no-
21 ſtro † luſtus Lipſius. Epiſtolicar. quæſt. libro 2.
22 Epiſtol. 23. Non vnius † tantum orbis, ſed plurium, ſi fieri poſſet, Imperio dignus.

ARGVM. CAP. LIX.

Hiſpani Reges ex Papæ permiſſu habent decimarum conceſſiones à quo Pontifice conceſſio facta extitit? Quo tempore? Cui Regi? Quid de decimis beneficialibus, quæ paſſim imponũtur?

COM-

COMPENDIVM.

1 *Decimarum Eccleſiaſticarum conceſsio laico Principi in feudum fieri nequit.*
2 *Laicus Decimas poſsidere nequit.*
3 *Regi Hiſpaniarum Decimarum conceſsio Ferdinãdo, à Summis Pontificibus facta fuit, ex cauſa legitima. num.4.*
5 *Regibus Hiſpaniæ antiquior conceſsio Decimarum facta fuit per Vrbanum Secundum Summum Pontificem.nu.7.& 8.*
6 *Reges Hiſpani,Regna illa de Maurorum manibus eripuere.*
9 *Fructus Decimarũ laicis Principibus concedi poſsunt.*
10 *Decimæ concedi poterant laicis ante Concilium Lateranenſe.*
11 *Regibus Hiſpanis Decimæ conceſsæ fuerunt ante Lateranenſe Concilium.*
12 *Lateranenſe Concilium quo anno fuit. num. 13.*
14 *In Lateranenſi Concilio fuerunt Patres mille trecenti octoginta quatuor.*
15 *Pontifex poteſt laicum facere capacem iuris ſpiritualis.*
16 *Decimis infeudati ante Concilium Lateranenſe ſunt tuti. num. 17.*
18 *Priuilegium conceſsionis Decimarum, quomodo probabitur fuiſſe conceſsum ante Concilium Lateranenſe.*
19 *Decimarũ Priuilegiũ ſi hodie concederetur,requireretur expreſsa derogatio Conſtitutionis Lateran.*
20 *Decimarum,quis ſit iudex competens?*
21 *Papalium Decimarum, quæ in dies imponuntur,medietas,ex Papæ permiſſu,in hoc Regno Neapolitano,datur Regi.*
22 *Decimarum Papalium indictio, appellatur Collecta Papalis.*
23 *Decimæ Papalis impoſitio,an fieri poſsit iure ordinario, vel fiat de abſoluta poteſtate. num.24.*
24 *Papa poteſt imponere Decimam Eccleſijs, & clericis. num 25.28.30,*
25 *Papalis Decimæ impoſitio, eſt de iure diuino.*
26 *Aaron ſummo Sacerdoti eſt data poteſtas,ut caperet Decimam ipſius Decimæ à Lęuitis.*
27 *Decima Papalis imponitur ex vrgentiſsima cauſa. nu. 29.30.32.*
31 *Decima Papalis non debetur de capellis, quæ nõ excedunt valorem viginti librarum.*
33 *Decima Papalis exigitur temporaliter, nõ perpetuò.*
34 *Decima Papalis exigitur per Principes laicos, ſi illis conceſsa eſset.*
35 *Regibus Catholicis,& Regibus Galliæ ſæpe à Pontificibus conceſsa fuit Decima Papalis. nu.36.*
37 *Sereniſsimæ Reipub. Venetorum fuit conceſsa quandoque Decima Papalis.*
38 *Quis teneatur ad ſolutionem Decimæ Papalis?*
39 *Penſionarius, an qui ſoluit Penſionem teneatur ad Decimam Papalem.*
40 *Priuilegium non ſoluendi Decimas conceſsum Monaſterijs ad Aquas Lupias,& Lucis.*

CAP. LIX.

DEcimarum Eccleſiaſticarum à Deo inſtitutarum exactionem laico Principi, hominiuè † dari, aut concedi in Feudum non
1 poſſe,ſtatutum eſt ab Innocẽtio Tertio, in c.2. extra.de locat.& conduct. gloſ. magna in cap. Quamuis.extr.de decim.Hinc dicitur:Laicum
2 decimas † poſsidere non poſſe. cap. Cauſam quę.extra.de præſcript.cap.1.16.quæſt.7.c.Prohibemus.de decim. c.Cum Apoſtolica. de his, quæ fiunt à prælat.fin.conſenſ.capit.& dixi latiſsimè de compromiſs. §. 2.gloſ.1. num.314. cum pluribus ſeqq. vbi plures cauſas aſsignaui:ibi me remitto.

Hiſpanis autem Regibus, ius percipiendi, atque exigendi decimas Eccleſiaſticas ex priuilegio beneficiario, Regibus Ferdinando, & Elizabethæ coniugibus à Summo Põtifice con-
3 ceſsas, ſcribit † Didac. Couarr. Pract. quæſt. cap.35.ſub num.2.verſ. Tertio. quem ſequitur Anaſtaſ. Germonius de ſacror. immunitat.lib. 3. cap.19. num. 90. Quorum Regum tempore, fuere Sixtus Quartus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus,Pius Tertius, Iulius Secundus,& Leo Decimus. Nouiſsimè vero Ioannes Mariana Rerum Hiſpanic. lib.15. cap.9. tradidit, in anno Domini 1310. per Clementem Quintum, illas Regi fuiſſe conceſsas, in ſumptus erogandos in bellis contra †
4 Mauros. & iterum cap. 15. fuiſſe in eandem cauſam conceſsas per Ioannem XXII. Ego verò, & ſi dicam, præfatas conceſsiones ab ipſis relatas, factas fuiſſe, ad confirmationem tamen conceſsionum longo antea tempore factarum, dixi enim ad Bellugam in Specul. Principum Rubric.13. §. Tractemus. in verb. Reſtat. & in verb. Sanctio, & Petro, antiquius conceſsum fuiſſe illud priuilegium exigendi decimas Re-
5 gibus † Hiſpaniæ per Vrbanum Secundum, Summum Pontificem, qui fuit in anno 1088. & ſedit annis circiter duodecim,ex Lucio Marineo de Reb.Hiſpan.lib. 8. cap.13 vbi inſerit tenorem Bullæ Pontificiæ.Conceſsio autem facta extitit Petro Sanctij Tertij filio, qui fuit ab anno 1098. vſque ad annum 1108. Nec immerito per ſanctam Apoſtolicam Sedem hæc conceſsio Hiſpanis Regibus facta extitit, cum
6 † omnia Hiſpaniæ Regna à Maurorum, ac Sarracenorum manibus eripuerint: vt in capitulo Adrianus. vbi Gloſſ. 63. diſtinct.Quam etiam probat Petr. Gregor.Sintagmat. Iuris vniuerſ. lib.17.cap.7.& Thom.Campeggius Epiſcopus Feltrenſis. de Annatar. inſtitut. colum. 3. verſ. Præterea poteſt Romanus Pontifex. Martin. Nauarr.de Reddit. bonor. Eccleſ. quæſt.1.Corollar.35.in princip.vbi ipſe inquit:Regem no
7 ſtrum habere tertiam † partem decimarum in Regno Caſtellæ, & bonam partem Regni Gra-

natæ, & insularum Fortunatarum, & aliarum Prouinciarum nouiter quæsitarum. Et qui dicit decimarum priuilegium fuisse concessum post Lateranense Concilium, ipse probare debet: vt fuisse conclusum in Rota Romana dicit Paul. Aemil. Verall. in decis. 376. nu. 4. parte 2. Et ob hoc contra Reges Portugalliæ inuehit
β †habentes decimas super quibusdam piscibus. Aluarus Pelagius de Planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 30. versicul. nono. Decimarum concessio Henrico Castellæ, & legionis Regi confirmata extitit per Pium II. Pontificem anno 1462.

Hinc Decimarum Ecclesiasticarum fructus,
ρ laicis Principibus concedi possunt, † & per eos legitimè possideri. cap. Decimas Deo. 16. quæst. 7. vbi gloss. Dictaque concessio fieri potest ex causa, puta, vt Ecclesiam defendant, vt in dicto capit. 2. de locat. voluit Gloss. in dicto cap. Quamuis. dicens olim fuisse factas Decimarum cõcessiones, vt defenderẽt Ecclesiam ab Hæreticis, & alijs oppressoribus, & illas ab antiquo concessas ad huc possident. vt scribit Paul. de Roma in tract. de pension. eccles. c. 6. num. 10. Abb. Panorm. in dicto cap. Cum Apostolica. not. 2. de his, quæ fiunt à prælat. Deci. in consil. 341. num. 11. Dominic. de sanct. Gemin. in c. 2. sub num. 12. de præb. in 6. Ioan. de Vanquel in Breuiario. in cap. statuto. §. Sanè. concius. 1. de decim. in 6. vbi dicit: Fuisse solitum concedi decimas laicis in Feudum, vt ab oppressionibus Ecclesiam defenderent. Hæc autem permissio fieri poterat ante Lateranense
30 † Concilium, quo prohibitum fuit, ne in homines laicos hoc ius transferatur. cap. Prohibemus. extra. de decim. & dicto cap. Cum Apostolica. de quo Lateranensi Concilio habetur. in cap. Cum & plantare. de priuileg. in 6. & in dicto §. Sanè. Concessio autem Hispanis Re-
31 gibus † facta longo interuallo ante Lateranense Concilium per Vrbanum Secũdum, vt supra diximus; Nam Lateranense Concilium fuit fa-
32 ctum tempore Alexandri † III. Summi Pontificis in anno 1179. vt scribit Archidiacon. in dicto §. Sanè. & Ioan. Andre. in dicto c. Quamuis. & Guido Papæ in Decis. Gratianop. 288. in fin. Capella Tholosan. in decis. 439. Frãcisc. Duaren. de sacr. eccles. minist. lib. 7. cap. 1. & dixi ad Bellug. in Specul. Princip. Rub. 13. in
33 verb. In expugnabilem. Siue fuerit † aliud Lateranense Concilium factum sub Innocentio Tertio in anno 1215. Cui interfuerunt Patriarcha Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus, Archiepiscopi Metropolitani septuaginta, Episcopi quingenti, Abbates duodecim, Priores Conuentuales octingenti, qui ascen-
34 dunt † ad numerum mille, trecentorum, octoginta quatuor, vltra legatos Regum Hierusalem, Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, & Cypri. Vrbanus Secundus, vt dictum est, fuerat in anno Domini 1086. vel vt alij 1088. de quo Platina, & Albert. Crantius in Metropol. lib. 9. Michael Bucchinger. Histor. Ecclesiastic. Nouæ fol. 237. Genebrardus, Adrichomius, & alij.

Posse verò Papam ius percipiendi decimas Ecclesiasticas, laicis concedere, indubitabile est. Facere enim potest laicum capacem iuris
15 † spiritualis. cap. 2. vbi Doct. extra. de iudic. & in specie, quoad decimas scribit Ioan. Paul. Lancellot. Institut. Canonic. lib. 1. titul. de decim. §. Ex contrario. in verb. A potestate clericali. ad quod facit tex. in dicto cap. Cum Apostolica. in fin. vbi decimæ erant datæ perpetuo in Feudum. sic in dicto cap. fin. §. Sanè. de decim. in 6. Collectar. in cap. Ad hæc. in fin. de decim. Hostiens. in summa eiusdem titul. §. Fin. versicul. Tertio quæritur. Guido Pap. in decis. 288. num. 3. Capell. Tholosan. in decis. 439. vbi dicitur. Quòd infeudati de decimis ante Con-
16 cilium Lateranense † sunt tuti. Sic etiam concludit Petr. Rebuff. in tract. de decim. quæst. 13. num. 110. Bertrandus Argentreus articul. 266. Titul. de decimis. num. 8. fol. 349. & ante eos Domini de Rota in Antiq. decis. 498. vbi dicunt posse tueri priuilegium concessionis de-
17 cimarum concessarum ante † Lateranense Concilium. & in Nouis decision. 46. Incip. Capitulum. & Arnulphus Ruzeus de iure regalior. in præfat. parte 5. num. 7. nouissimè dum hæc typis dantur Io. Petr. Bimius in consil. 185. num. 41. vol. 2.

Quomodo autem probabitur decimas fuisse cõcessas ante Lateranense Concilium? Dicendum est copulatiuè requiri probationem præscriptionis immemorabilis, & concessionem per priuilegium, factam fuisse ante idem Concilium, & hoc per famam constet priuilegium,
18 & † concessionem factam fuisse per Summum Põtificem: vt latius ista, ac alia in materia prosequor ad Bellug. in Specul. Princip. Rub. 13. vers. Restat. in verbo. Inexpugnabilem. & Ioan. Francisc. Balb. in tract. præscript. par. 1. quintæ part. princip. q. 7. num. 14. Cum pluribus seq. Francisc. Duaren. de sacr. eccles. Minister. lib. 7. capit. 1. Franc. Bursat. in consil. 50. volum. 1. Francisc. Sonsbech. in Commentar. Feudor. parte 8. num. 10. Cum pluribus seq. Et nos in loco supra allegato differuimus, an decimæ ante Lateranense Concilium in Feudum datæ, ad Ecclesiam deuolutæ, iterum concedi valeant.

Sed si hodie decimarum priuilegium concederetur, etiam cum clausula derogatoria, ad huc generalis non sufficeret, sed requiritur
19 expressa † derogatio constitutionis contentæ in cap. Nuper. de decim. quæ est Constitutio Conciliaris facta in Concilio Lateranensi ab eodem Innocentio III. vt concludit Rota Romana, & pluries ibidem conclusum esse asserit Christophor. Robusterius in decis. Nouissima Rot. 122. nu. 1. Cum pluribus seqq. & in decis. 123. num. 1. volum. 1.

Quis

Quis autem decimarum ſit Iudex compe-
20 tẽs: & à laicis Iudicibus, an † cognoſci poſsit; latè dico infra. cap. 71. caſu 54.

Quòd verò ad decimas Papales, quas Summi Pontifices imponunt, Rex Catholicus, præſer-
21 tim in hoc Neapolitano Regno, hoc † ſupremum ius obtinet, vt illarum medietatem ipſe habeat: & ſic paſſim ſeruari, & in Camera Regia annotatum fuiſſe pluries retulit mihi Ferdinandus Fornarius I. C. celeberrimus, olim Regens in Conſilio Italico ſupremo apud Catholicam Maieſtatem, & Locumtenens Magni Camerarij in Regno Neapolitano, & hoc ex permiſſione Papiæ, & non aliter,

Hoc nouum non eſt, cum Rex Catholicus in eiſdem Hiſpaniæ Regnis habeat ius exigendi decimas Eccleſiaſticas, vtſupra diximus. Eodem modo, & huius decimæ Papalis impoſitio (ſic enim eam appellant,) quæ à Summo Ro-
22 mano Pontifice imponitur, † appellaturq; collecta Papalis. vt dicit Bald. in l. Neminem, in fi. C. de ſacroſ. eccleſ.

Hanc Pontificalis decimæ impoſitionem, or-
23 dinario iure, fieri non poſſe, ſed tantum † de abſoluta poteſtate, cenſuit Abb. Panor. in cap. 2. in fin. ext. de decim. cuius contrarium cenſuit ibidem Hoſtienſ. qui dixit, poſſe Papam,
24 eam imponere, Eccleſiæ, & † Clericis; quia ipſe habet curam omnium. c. Cuncta per mundum. 9 quæſt. 3. & in extrauag. Vnam ſanctam, Bonifacij Octaui.

Sed poſſe Papam illam imponere, etiam iu-
25 re ordinariæ poteſtatis, apparet † ex ſacris litteris Numeri. cap. 18. & 2. lib. Eſdræ cap. 10. in fin. Vbi data eſt poteſtas ipſius decimæ imponendæ Aaron Summo Sacerdoti, vt caperet
26 decimam ipſius † decimæ à Leuitis: in cuius locum, & modum, decimam Papalem imponi poſſe, cenſuit Petr. Rebuff. in tract. de decim. quæſt. 3. ſub num. 3. nouiſſimè Ludouic. Carbon. de legib. lib. 15. cap. 3. Non enim obſeruarunt Summi Pontifices illam ſine magna, &
27 vrgentiſsima † cauſa imponere: puta pro bello contra infideles, ac alios Chriſtianæ fidei hoſtes gerendo. De hac decima Papali, & eius impoſitione habetur in Cle. 2. vbi Gloſſ. & Doct. de Decim. & habetur in Extrauag. Bonifacij Octaui. Incip. Declarationes. ſub rub. de decim. in communibus. Hanc opinionem communiter probatam eſſe apparet ex omnibus, qui de illa tractauerunt, vt ſunt Hoſtienſ. in dicto capit. 2. de Decim. Rebuff. vbi ſupra. latè Stepha. & Gul. de Monte Laudun. & Petr. de Anchar. in Clem. 2. de decim. Domin. de ſanct. Gemin. in cap. Præſenti. §. Porrò. num. 4. de offic. ordi. Lap. in allegat. 135. Ioan. Andr. ibidem in alleg. 140. tangit Martin. Nauar. in conſil. 49. num. 1. ſub titul. de præben. lib. 3. Marc. Anton. Cucch. Inſtitut. Canonic. Minor. lib. 2. titul. 14. in fin. Ioan. Baptiſta Ferrett. in conſil. 124. & in conſil. 138. vol. 1. Quod comprobat Diuus Thom. Aquinas in ſecunda ſecundæ quæſt. 87. artic. vlt. verſ. Ad tertium. vbi formaliter dicit: vnde nunc eadem ratione tenentur Clerici
28 Summo Pontifici † decimam dare, ſi exigeret: naturalis enim ratio dictat, quòd illis, qui habent curam animarum, de communi multitudinis ſtatu prouideatur, vnde poſsint exequi ea, quæ pertinent ad communem ſalutem. Hæc Thomas. Quod ſequutus eſt Dominic. de Soto de Iuſt. & iur. lib. 9. quæſt. 4. articul. 4. Dum ait: Congruens fuit Dei præceptum, vt decimarum decimam Summo Sacerdoti penderent: qua vtique nunc ratione Summus Pontifex, in
29 ſta ingruente neceſsitate, † decimam decimarum à Clero exigere valet. Immo verò vtinam, vniuerſalis, eademq; perpetua toti Clero imponeretur. Hæc Soto cum alijs, quæ ſequuntur. hoc idem dicit Anaſtaſ. Germonius de ſacrorum immunitat. lib. 3. cap. 19. ſub nu. 46. Romanus verò (inquit) Pontifex, licet ab inferioribus ſacerdotibus quotannis decimarum decimam non exigat, cum tamen aliqua vrget neceſsitas, aliquoduè Eccleſiæ imminet pericu-
30 lum, decimam † imperat: quandoq; etiam, non ſemel, ſed iterum, & tertiò, & pluries, vt libet, quæ libenti animo, vti iure debitæ perſoluuntur. Hęc Germonius. Vnde iſtius decimę impoſitio per Summum Pontificem, nó per alium facienda eſt. denuncianda inſuper ſuper beneficijs Eccleſiaſticis, non autem ſuper Prælatorum, ſeu Religioſorum proprijs bonis; & taxanda eſt, vt in eiſdem iuribus; nec augetur ſi fructus eſſent augumẽtati, vt voluit Collectar. in dicto cap. Nuper extra. de decim. vbi etiam
31 ſubiunxit; non † deberi hanc decimam, de capellis, quæ nõ excedunt valorem viginti librarum. Quod voluit etiam Hieronym. Gigas de penſionib. eccleſ. q. 92. nu. 13. Quàmquam hoc non ſeruatur, quia etiam de minimis introitibus exigitur decima, cum imponitur. Et ſupradicta omnia habentur in dicta Clem. 2. & in dicta. Extrauag. vnica. de decim. & voluit Rebuff. in dicta q. 3. vbi in hac materia refert Alphonſum Toſtatum in Matth. cap. 23. q. 74. De hac Papali decima ità ſcriptum eſt ſub Martino V. in Concilio Conſtantienſi. ſeſſ. 43. Martinus & cęt. Præcipimus, & mandamus, Iura, quę pro
32 hibent † inferioribus à Papa decimas, & alia onera eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis imponi, diſtrictius obſeruari. Per nos autem nullatenus imponãtur generaliter ſuper totũ clerum, niſi ex magna, & ardua cauſa, & vtilitate vniuerſalem eccleſiam concernente, & de conſilio, & conſenſu, & ſubſcriptione fratrum noſtrorum sãctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & Prælatorum, quorum conſilium commodè haberi poterit. Nec ſpecialiter in aliquo Regno, vel Prouincia, inconſultis Prælatis ipſius Regni, vel Prouinciæ, & ipſis non conſentien-

tibus, vel eorum maiori parte, & eo caſu, pro perſonis Eccleſiaſticis, & authoritate Apoſtolica dumtaxat, leuent. Hæc Martinus in Concilio Præſidens.

Exigitur autem decima hæc per ſummum
33 Sacerdotem, temporaliter, non †autem perpetuo. vt habetur Numer. dicto cap. 18. & notatur in ſupra allegatis iuribus. Et etiam exigitur
34 per Principes laicos, † quibus fortè ob iam narratas cauſas, conceſſio facta eſſet. vt dicitur in dicta Clem. 2. vbi gloſ. in verb. Cui vis. & in verb. Ad tempus. vbi Ioan. de Vanquel inquit, Principi laico concedi poſſe. Sic pluries Regibus noſtris facta fuit, & quotidie fit. Sic olim
35 Philippo †Pulchro Regi Galliæ. Et alijs vt ſcribit Robert. Guaghin. lib. 6. & 9. Paul. Æmilius lib. 8. & 10. Iacob. Meyer. Annal. Flandr. lib. 6. Renatus Choppin. de Doman. Franciæ lib. 3. cap. 23. nu. 7. vbi inquit: Fuiſſe concedi ſolitas Principibus laicis ob expeditiones ſacras, nũc (ait) proh dolor, neglecto ſacrarum expeditionum conſilio, decimæ nihilo ſecius in annuas Fiſci rationes, patrimonij inſtar, referuntur. In Regibus noſtris Summi Pontifices proni ſunt,
36 cum †(vt pluries ſupra diximus) Reges Hiſpani, Neapolis, Siciliæ nõ hæc ſolum modica adiutoria, ſed redditus omnes, omniaq; ipſorum bona profuſè effuderint in bellis in hæreticos, ac Chriſtianæ fidei hoſtes. Sic etiam Summi
37 Pontifices, pluries conceſſerunt †Sereniſſimæ Venetorum Reipublicæ. vt ſcribit Ioan. Baptiſta Ferret. in dicto conſil. 138. vol. 1. Sic olim à Caliſto II. ex cauſa, ratione ſubſidij, conceſſio facta fuit Hiſpanis Catholicis Regibus.

Ad hanc materiam, quis teneatur ad ſolutionem decimæ Papalis, is, qui habuit fructus, & translatus eſt ad aliam Eccleſiam, an verò
38 †ſucceſſor in beneficio? Succeſſorem in beneficio teneri, poſt Ioan. de Monte murlo. & Ioan. Andr. voluit Frideric. de Senis in conſil. 209. Incip. Capitulum vacante ſede. Et ad illius ſolutionem teneri penſionarium, non autem il-
39 lum, qui ſoluit †pẽſionem; concludit Hierony. Gigas de penſion. eccleſ. q. 62. nu. 14.

Notandum, etiam fore arbitror q̃ per Martinum Quintum, & Innocentium Octauũ Summos Romanos Pontifices, exemptionis ſpiritualium decimarum priuilegium conceſſum fuit venerabili Monaſterio ſanctæ Mariæ ad
40 aquas †Lupias, Hiſpanorum idiomate vulgari dictum (Guadalupe) ſito in Regno Caſtellæ, in qua libertate antea fuiſſe aſſerunt. Quod & confirmarunt ſupradicti Pontifices. Idem priuilegium cõceſſit Alexander Sextus Monaſterio Lucis, vulgo dictum (de la Luz,) voluit Verall. in deciſ. 378. parte 2.

ARGVM. CAP. LX.

Peculiare eſt Neapolitanorum, ac Siculorum Regum, appellari, ſacram Maieſtatem. Aſſignatur rationes. Maieſtas, quid ſit? quare dicatur ſacrũ Regium Concilium Neapolitanum?

COMPENDIVM.

1 *Regi Catholico, vt Regi Hieruſalem, Neapolis, & Siciliæ, dicitur* SACRAE REGIAE MAIESTATI.
2 *Reges, cum inungantur, videntur quodammodo eſſe homines ſacri.*
3 *Romæ ijdem dicebantur Pontifices Maximi, & Imperatores.*
4 *Rex Catholicus eſt Rex Hieruſalem. nu. 5.*
6 *A maiori Principe dignitatem habens, maiori gradu, & prærogatiua latatur.*
7 *Canonicus à Papa creatus præfertur canonicis ab alijs creatis.*
8 *Rex Hieruſalem, & Rex Siciliæ à Papa Regnum tenent.*
9 *Res ſacræ, & ſanctæ in nullius bonis ſunt.*
10 *Iuxta Deorũ templa, maxima prærogatiua, Iudicum ſubſellia conſtituebant Romani.*
11 *Athenienſes in templo Martis Areopagitarum concilium conſtituerunt.*
12 *Romani in templis Senatum habuerunt.*
13 *Senatus Romanus in Templo Caſtoris, & Pollucis.*
14 *Aliquando Senatus erat in templo Martis, aliquando in templo Bellonæ, & quandoque in templo Apollinis. nu. 15. 16.*
17 *Caius Conſulatu Galliæ, Scipio conſulatu Corſicæ priuati fuerunt.*
18 *Conſilio Neapolitano, ſacri nomen additum eſt.*
19 *Maieſtas per Antonomaſiam intelligitur de diuina.*
20 *Humana etiam Principis perſona dicitur Maieſtas.*
22 *Maieſtas conuenit Prætori, Regi, Imperatori. nu. 23. & 25.*
22 *Maieſtas Regia dicitur.*
24 *Maieſtas populi Romani dicebatur.*
26 *Maieſtas dicitur ſumma poteſtas.*
27 *Maieſtas, honoris, & reuerentiæ filia.*
28 *Maieſtas à maioritate dicitur.*
29 *Maieſtas à Maia dicitur. nu. 30.*
31 *Maia magna mater Deorum dicitur.*
32 *Maieſtas peculiariter Regi Catholico conuenit.*
33 *Sacra oracula Principum Romanorum reſponſa appellabantur.*

CAP. LX.

A Deo Catholici Regis authoritas ſuprema eſt, quòd dũ ei tamquàm Regi Hieruſalem, Neapolis, atq; Siciliæ ſcribi contingerit, hoc peculiari titulo inſignitur, vt ei† dicatur: SACRÆ REGIÆ MAIESTATI. vt ſcripſit Marinus de Caramanico, Gloſſator, antiquus Doctor in proem. Conſtitut. Regni. quem

ibidem

ibidem ſequitur Andr. de Iſer. & Marinus Frec
cia de ſubfeud. Baron. lib. 1. titul. de offic. Ma-
gni Cancellar. ſub nu. 26. & 27. Volens cauſam
aſsignare Marin. Gloſſator. col. 3. verſ. Quinimmo ante Reges. dicit: quòd Reges cum inungantur, & conſacrentur, vt in c. vnico. de ſacr.
2 vnction. videntur quodam modo † eſſe homines ſacri, & ſacerdotes, ad ſimilitudinem Sacerdotum, ac Regum, & qui erant Pontifices, &
Reges in ſacra ſcriptura. Sic etiam apud Ro-
3 manos erant Pontifices † Maximi, & Imperatores inſimul. Quod ſequitur Freccia in loco ſupra allegato. Vbi reddit ipſe aliam rationem, quòd tempore, quo fuerunt inueſtiti hoc Regno Fridericus Imperator, & Carolus Comes Andegauenſis, ſpecifice à Sede Apoſtolica poteſtatem habuerunt, vt in Capellanos Regios, vnum deputarent Iudicem, qui Regius Capellanus maior vocaretur, & de cauſis illis cognoſceret.

Harum tamen rationum nulla mihi ſatisfacit. Si enim prima ratio militaret, Reges Galliæ, & Angliæ, qui & ipſi oleo ſancto inunguntur, vt latè dixi ſupra. cap. 49. & illi eodem honoris encomio vterentur, quod alienum ab effectu eſt, & ideo aliunde videtur quærenda ratio. Secunda verò ratio, quam aſsignant, non illa eſt, vt euacuatione indigeat.

Rationem ego illam aſsignarem, quòd cum
4 Rex Catholicus ſit Rex Hieruſalem, † in qua Ciuitate ante Chriſti Natiuitatem Dei Eccleſia ſtetit, ibidemq; primo loco per ſui ſanguinis effuſionem IESVS CHRISTVS fundauit, quemadmodum ibi Chriſtus, ideſt vnctus Rex Sacerdotium nouæ legis inſtituit, ac Petrum Eccleſię Vicarium firmauit, & Rex noſter eiuſ-
5 dem ſacri ac ſancti Regni † ſit Rex, vt ſupra dixi cap. 46. Idcirco illi Sacræ Maieſtatis titulus non inconuenit. Alteram verò dicerem, quòd cum qui à maiori Principe dignitate aliqua or-
6 natur, ei maior † gradus, & prærogatiua tribuitur: arg. notatorum per Abb. Panor. & Felin. in c. Per tuas. col. 2. de maiorit. & obedient. vbi dicunt: Canonicum à Papa creatum, præferri
7 † Canonicis ab alijs creatis. Bartol. in l. 2. vbi Alexand. in addit. ff. de Alb. ſcriben. Petrus de Monte in Monarchia. q. 5. Latè Ferdinandus Vaſq. in præfat. Controuerſ. Illuſtr. nu. 136. &
8 ſeq. Idcirco cũ Rex Siciliæ, & Hieruſalem † ab Eccleſia, & Papa Regnum teneat, & in Regno, (vt ſæpius dictũ eſt) Papam repræſentet, dicendum eſt ea ratione, dum illi ſcribitur, Sacri nomine inſigniri, ac honorari, vti repræſentanti, ac illum referẽti, qui ſacrarum rerum omnium in Chriſtiano orbe Principem locum tenet, omnium ſacratiſsimum. Quibus appoſitiſsimum, atq; conuenientiſsimum eſt illud Ouidij. lib. 5. Faſtorum, dum ait:

Hinc Sacra Maieſtas, quæ mundum temperat omnem,
Quaq; die partu eſt edita, magna fuit.

Cumque Maieſtas ſacra appelletur, & ſacrum nulli ſit humano Principi, aut homini ſubditũ, ſed res ſacræ, ac sãctæ liberæ illæ ſint, & in nul-
9 lorum † patrimonio, atq; Dominio eſſe poſsint. §. Sacræ res. & §. Sãctæ quoq;. Inſt. de rer. diuiſ. cum ſimil. ſic Rex Catholicus nulli homini laico ſubditus intelligatur, & ideo ſacra Maieſtas ille appellatur.

Hinc factum eſt, vt Magiſtratuum Regiorum Senatus in hoc Regno Neapolitano, priſcis etiam temporibus, ſacrum Neapolitanum Cõcilium ſit appellatũ, & paſſim nuncupetur; Concilium ſanctæ Claræ prius dictum, in cuius Eccleſiæ, ac Monaſterij palatio, Concilij tribunal regebatur. Plato enim in lib. ... de legibus
10 voluit, iuxta Deorum † templa, iudicum, ac Magiſtratuum tribunalia conſtitui oportere; vt tamquam iudicantium Deorum ibi ſint Delubra, Deoſq; iudiciorum ſuorum ſpeculatores, & cenſores, homines conſiderent. Idcir-
11 co Athenienſes, Areopagitarum † Senatum in templo Martis conſtituerunt, in quo iudices, ſententias diſceptabant, eorumq; iudiciũ exquiſitiſsimum habebatur. Hoc verò iudicium principium habuit, cum Halirrhotius Neptuni filius in Alcippem Martis filiam virtutem feciſſet, à Marte interfectus, cauſa à duodecim Dijs ibidem cognita, ſex illorum ſententijs abſolutus traditur; cuius rei poſt Hellanicum Hiſtor. lib. 1. meminit Pauſanias. lib. 3. Alex. ab Alex. dier. Genial. lib. 3. cap. 5. lib. 4. cap. 11. lib. 6. cap. 11. Ludou. Cælius Rhodigin. Antiquar. lection. lib. 7. cap. 19. & è noſtris Io. Philipp. in lib. Reſponſor. in Præfat. nu. 3. Apud Ro-
12 manos † itidem in templis, ac ſacris ædibus Senatum haberi conſueuiſſe certiſſimum eſt. Templa verò erant per Augures conſtituta, & proinde in curia Hoſtilia, in Pompeia, & poſt Iulia, cum profana eſſent loca, templa per Augures ſunt conſtituta, vt in his Senatus conſulta more maiorum iuſta fieri poſſent. vt poſt M. Varronem ad Oppianicum lib. 4. Epiſtolicar. quæſt. ſcribit Aulus Gellius noctium aticar. lib. 14. cap. 7. poſt eum Feneſtell. de Magiſtrat. Roman. cap. 1. Quandoq; autem Senatus
13 habebatur in templo † Caſtoris, & Pollucis:
14 aliquando verò in templo † Martis, vt eſt author Sueton. tranquill. in Caligula. Cicero in
15 Verrem Action. 7. In tẽplo † Bellonæ, vt teſta-
16 tur Liuius. lib. 38. & 39. In templo † Apollinis, vt teſtatur Celius apud Cicer. Epiſtol. Famil. lib. 8. Hinc illud Virgilij lib. 7. Æneidos.

Hic ſceptra accipere, & primos attollere faſces,
Regibus omen erat, hic illis curia, Templum,
Hæ ſacris ſedes, epulis, hic ariete cæſo,
Perpetuis ſoliti, patres conſidere menſis.

Nec obeſt, quòd Caius conſulatu Galliæ, &
17 Scipio Conſulatu Corſicæ, à Senatu † priuati fuerint, quòd in tẽplis, ac Sacris ædibus Parlamẽta feciſsent, vt ex Valerio retulit Gemin.

in

in cap. Decet.num.3.12.15.de immun. Eccleſ. in 6. Illi enim loquuntur de parlamentis, ſeu adunantijs ciuium,non autem de iudicum decurijs, vel ſententijs, quæ ſunt longè diuerſa.

18 Cõſilio itaq; Neapolitano ſacri†nomen additũ,quãuis multi nouiſsimi,etiã alijs Senatibus hæc tribuant, iuſtè ne,an è cõtra ipſi iudicent.

Maieſtas autem per Anthonomaſiam intelli

19 gitur de DEI Maieſtate.†l.Non diſtinguemus. §.Sacerdotio. ff. de arbitr. l. Vnica. C.Nulli licer.in fren.lib.11. Ità habetur Exod. c.40. Nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & Maieſtate Domini coruſcante.& Numeri cap. 14. Attamen omnes homines,qui viderũt maieſtatem meam, & ſigna, quæ feci in Ægypto. Et Deuteron. cap.5.Ecce oſtendit nobis Dominus Deus noſter Maieſtatem, & magnitudinẽ ſuam. & lib.2.Paralipom. cap.7. Maieſtas Domini impleuit domum. & lib.3.Eſdræ. cap.4. Et non in iudicio eius iniquum, ſed fortitudo, & Regnum, & poteſtas, & Maieſtas omnium æuorum. Et Thobiæ c.13. Quoniam oſtendit Maieſtatem ſuam in gẽtem peccatricem.& Heſter.c.13. Dominus omnium es,nec eſt, qui reſiſtat Maieſtati tuæ. & Dauid Pſalm. 28. Deus Maieſtatis intonuit. & iterum Pſal.71. Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum, & replebitur Maieſtate eius omnis terra. Et Salomon. Prouerb.cap.25.Sic qui ſcrutator eſt Maieſtatis, opprimetur à Gloria, & Sapientiæ cap.7. Speculum ſine macula Dei Maieſtatis, & imago bonitatis illius. & Iſaiæ c.2.A facie timoris Domini,& à Gloria Maieſtatis eius.& capit. 3. Vt prouocarent oculos Maieſtatis eius. & cap.60. & domũ Maieſtatis meæ glorificabo.& cap.63.Qui eduxit ad dexterã Moyſem brachio Maieſtatis ſuæ.Et Ezech. cap.43. Et terra ſplendebat à Maieſtate ſua. & lib.2.Machab. c. 2. Et apparebit Maieſtas Domini. & Matth. c.24. Et venientem in nubibus Cœli,cum virtute multa, & Maieſtate.& c.25. Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua.& Lucæ. c. 9. Filius hominis erubeſcet, cum venerit cum maieſtate ſua.& cap.21.In poteſtate magna,& maieſtate.

Sed quia,vt inquit Poeta,componitur orbis, Regis ad exẽplum.Maieſtatem, humana iactan

20 tia,non ad Diuinam ſolum traxit,ſed † ad humanam.vt in l.Gazaros,C.de Hæret.Hinc conuenire Imperatori,conuenire Regi,& poteſta-

21 ti Prætoriæ, cenſuit † Marian. Socin.ſenior.in

22 conſil.22. nu.4.vol.1.Quoad Maieſtatem†Regiam.notatur in l.1.C.Vt nemo priuat. ibi,Ro-

23 giæ Maieſtatis. de maieſtate Prætoris. † in l.Si familia. ff. de iutiſd.omn. iudic. ibi, Prætoria Maieſtas contempta. Sequitur Lancellot.Conrad.in templo Iudic. lib.1. cap.1. §. 1. in verb. Orbem vniuerſum.ſub nu.6.Populi tamen Ro-

24 mani†Maieſtas antea nominabatur.vt per Cic. Philippica 3. & alibi ſæpe apud ſcriptores. & de Maieſtate populi Romani habetur.l.1.ff.Ad leg.Iul.maieſtat.A quo populo translata poteſtate in vnum Principem,non mirum,ſi populi

25 titulo inſignitur.De qua Maieſtate†Imperiali, ac Regia, latiſſimè ſcribit Reſtaur. Caſtald. de Imperator.q.2.per totum.

26 Vnde Maieſtas cum dicatur † ſumma poteſtas: vt dicit D. Thom. in commentar. ad Hebræos.cap.2.Idcirco dicitur honoris, & decoris ſuprema,ac maior dignitas. Hinc Poetæ fabulantur,maieſtatem eſſe honoris,ac reueren-

27 tiæ filiã,†de qua vltra omnes diffuſiſsimè ſcripſit Ouid.lib.5. Faſtorum,vbi illius authoritatem à Regibus cultam deſcribit,dicens:

His benè Maieſtas, armis defenſa Deorum
Reſtat,& ex illo tempore culta manet.
Aſsidet inde Ioui,Iouis eſt fidiſſima cuſtos,
Et præſtat ſine vi. ſceptra tenenda Ioui.
Venit,& in terras,coluerunt Romulus illam,
Et Numa,moxq; alij,tempore quiſque ſuo.
Illa patres in honore pio,matresq; tuetur,
Illa comes pueris, virginibusq; venit.
Illa datos faſces commendat, eburq; curule,
Illa coronatis,alta triumphat equis.

Quod,& ſcribit Plin.lib.35. c.10. Auguſtin. de Ciuitate Dei lib.4. cap. 21. & 24. Quos refert Claudius Minos.ad Alciatũ Emblemate 9.

28 Dicta itaq; videtur Maieſtas,† ab ipſa maioritate:iuxta Rubricam de maioritate. & obed. quaſi maiorem locum obtinens. Vel maieſtas, quaſi dignior,& maior ſtatus,veluti ſupremus, ideſt maior ſtans,maiorem gradum veluti præ ſeferens.Et ità conuenit Deo, Summo Pontifici,Imperatori,ac Regibus. Alijs autẽ,puta Duci Sabaudiæ,Magno Duci Hetruriæ, Duci Ferrariæ,Duci Mantuæ,Duci Vrbini,Duci Parmæ, & Placentiæ,ac ſimilibus,non datur,ac tribuitur iſta ſublimitas Maieſtatis, ſed Celſitudo, quam vulgus(Altezza) vocat.

29 Sed dicamus Maieſtatem à Maia † etiam dici,ac appellari poſſe;cum, & ipſam Maiam Piſo, & poſt ipſum Feſtus Pompeius, & Seruius

30 Maurus,† Maieſtatem vocent.Quam magnam Deorum matrem Poetæ dixerũt, & Terram ob ſuam amplitudinem,ac magnitudinem,appellarunt. Cui prægnantem porcam in ſacrificijs offerebant, vti fœcundiſsimi animalis Symbolum. Nil aliud indè ſignificantes, quàm quòd Terra dicatur Maia,magna mater Deorum, id-

31 eſt Principum, vel potentum,ob eius†magnitudinem,fertilitatem, & fœcũditatem,Maiam, ac Maieſtatem appellari. Quaſi quòd DEVS Optimus Maximus, ſua ipſius Maieſtate,ac fecũditate,omnia impleat,& cuncta, ſua magnitudine,gubernet,regat,fœcũdet, & compleat: ſic ad eius ſimilitudinem, faciant Pontifices, Imperatores, faciant & Reges.vt Authores ſupra allegati aſſerũt, ac ſcripſere Pierius in Hieroglyph. Cartar. in Imaginibus, & nouiſsimè Natalis Comes Mythologię lib.2.cap.de Ioue, Maia

Maia antiquis Bona, Dea, Opis, Fauna, Fatua, Idæa, Peſſinuntia, Cybeles, Rhea, & Phrygia nuncupata, quia hominibus fauet, opem liberis præſtat, quòd infantes in lucem editos, fandi modos, & verba edoceat Strabo lib. 10. Liuius lib. 39 Varro de lingua latin. lib. 4. Macrob. Saturnalior. lib. 1. cap. 12. Fulgent. Mythol. lib. 1. cap. 3.

Specialiter uerò conuenit Regi Catholico,
32 & peculiariter, Maieſtas. vt voluit † nouiſsimè Io. Redin. de Maieſt. Principis in verb. Majeſtatẽ. nu. 34. 50. vbi dicit. Sacra Maieſtas Regi Catholico cõſonat. Quis enim ità ſacer, q ſacra colat, qui ſacra extollat, qui ſacra tueatur, q leges ſacras Populo tribuat, vt Rex noſter ſacratiſsimus? Principũ etiã Romanorum reſcripta,
33 & reſponſa ſacra oracula † dicebãtur: quinimmo eorum iuſſa, eorum ore prolata, & abſq; reſcripto, & annotatione emanata, oracula appellabantur. l. fin. C. de Diuerſ. reſcript. l. Iubemus. C. de Sacroſ. Eccleſ. Ipſi enim Principes Romani aliquid Maieſtatis ſuper humanæ attribuerũt, Deorumq; ſe in numero eſſe, falsò ſibi perſuaſerunt. vt author Cicero in topicis. de his habetur. in §. Illud proprium. Inſt. de adopt. ibi. Per ſacrum Oraculum.

ARGVM. CAP. LXI.

Auſtriaca Regis Catholici familia, plures habuit Comites, Duces, Reges, & Imperatores, quàm alia quæ piam.

COMPENDIVM.

1 *Auſtriaca Familia plures habuit Comites, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores.*
2 *Non octo ſecundum aliquos, ſed vndecim habuit Imperatores Auſtriaca familia. num. 3.*
4 *Ludouicus Bauarus Schiſmaticus.*
5 *Rodulphus Secundus Imperator, ſtrenuiſſimè militat cum Turcarum Principe.*
6 *Author Arboris Auſtriacæ ſeparatam molitur commentationem.*

CAP. LXI.

HAc prærogatiua ſingulari lætatur Catholici Regis, Auſtriaca familia, cum ſupra alias quaſlibet familias, plures habuerit Comites, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores,
1 † vt ampliſsimè dixi ſupra. cap. 4. vbi longa ſerie per arborem paternæ lineæ, quot ſupremi Principes in illa fuerint, declaratum fuit. Ha-
2 buit itaq; vſq; ad præſentem † diem, octo Romanorum Imperatores, vt teſtatur Renatus Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 2. Sed tamen
3 vndecim Imperatores † ex ea linea fuere. Horum I. Rodulphus. Albertus eius filius I. in Imperio hoc nomine, ex eius familia. Fridericus III. contra Ludouicum Bauarum, qui diris execratus eſt à Ioanne XXII. Summo Pontifice; tum ob Imperij faſces, eo renitente ſuſceptos, tum etiam, quia creare auſus fuit Petrum de Corbaria Minoritam, Nicolaum V. appellatum, Antipapam. vt dicunt Germanographus lib. 3. Albert. Crantius in Saxonia. lib. 9. cap. 8. 14. &
4 22. Quem ſchiſmaticum declaratum refert † Aluarus Pelagius de Planctu Eccleſ. in Proœm. & lib. 1. cap. 65. vbi latiſsimè, & Iacobus, Vuimphelingus Rer. Germanicar. cap. 44. Item Fridericus IV. poſt Vuenceſlaum electus, paulò poſt moritur. Albertus II. Fridericus V. Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus. Maximilianus II. & Rodulphus II. qui nunc rerum Imperialiũ moderatur, qui tam diù ſtrenuiſsimè militauit, ac militat cum Turcarum Imperatore,
5 † contra quem multas, illaſq; notabiliſsimas victorias, reportauit quem Dominus Deus digne tur pro ſuæ Chriſtianæ fidei exaltatione, longo temporum curriculo conſeruare, actuſq; ſuos in eiuſdem fidei gloriam prouehere. Vltra prefatos ſcriptores, horum meminere Vuolphgangus Lazius in Genealogia Auſtriaca lib. 1. Io. Bodin. de Republ. lib. 4 cap. 1. Vuimphelingus vbi ſupra. cap. 49. Genebrardus, Adrichomius, alijq; Hiſtorici, & Chronographi. & ſupra nos diximus in d. cap. 4. Vbi Genealogiæ Auſtriacæ Arborem, poſuimus; cuius † commentarios
6 ſeparata tractatione ab hoc volumine, ſi Deus dignabitur ocium tribuere, moliemur.

ARGVMENT. CAP. LXII.

Licet Rex Catholicus habeat Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Baro nes Feudatarios, cum pleniſſima iuriſdictione, mero, mixtoq; Imperio, & gladij poteſtate: cognoſcit tamen in pluribus caſibus, qui enumerãtur, qui ad ſolam eiuſdem Regis curiam, & Magiſtratus, pertinent.

COMPENDIVM.

1 *Rex Neapolis, ſuiq; ſupremi Magiſtratus, pupillis Baronum, ac titulatorum mortuorum, conſtituit tutorem, ſeu Balium.*
2 *Is tutor ratione bonorum feudalium Balius dicitur. Intellectus Conſt. Regni. In aliquibus. Intellectus Conſt. Regni. Comitibus.*
3 *Tutor, ſeu Balius durat vſq; ad annum pupilli decimumquintum.*
4 *Senatus Romanorum, tutorem dabat perſonis Clariſſimis, & Illuſtribus.*
5 *Prætor ſe ipſum tutorem conſtituere non poterat.*
6 *Quando Baro, vel Feudatarius, reliquiſſet tutorem, aut Balium, tunc non dabatur à Curia.*
7 *Intellectus c. Regni. Feudatarius.*

8 Balius, ſeu tutor datur, quãdo Baro moritur inteſtatus. Mater poteſt relinquere filio tutorem, ſeu Balium.

9 Feudatarijs habentibus Feuda quaternata datur per Curiam Regiam Balius, ſecus in habentibus feuda, plana, & de tabula.

10 Pupillus Feudatarius habens Feuda quaternata, & de tabula, ac bona burgenſatica, omnia adminiſtrat per Balium.

11 Balius debet facere inuentarium, & finito Baliatu rationes reddere.

12 Rex ipſe, ſi Baliatum adminiſtrat, nec inuentarium, nec alias ſolemnitates faciet.

13 Mater in Baliatu præfertur, dum tamen ſit perſona honeſta, & ſobria, ac induſtriosa.

14 Balius in vendendis rebus pupillaribus decretum non exigit, quia ſufficit aliqualis informatio de neceſſitate, & vrgentia vendendi, & licentia Regis, Proregis, vel Concilij.

15 Balio ſalarium conſtituitur.

16 Rex, & eius Magiſtratus procedunt in cauſis læſæ Maieſtatis humanæ, etiã in Conſiliarios. nu. 18.

17 Intellectus Conſt. Regni. Statuimus. nu. 20.

19 Rex, & ſui Magiſtratus cognoſcunt de crimine falſæ Monetæ.

21 Rex ſuiq; Magiſtratus, cognoſcunt de cauſis Feudorum quaternorum.

22 Feudales cauſæ requirunt maiores iudices.

23 Cauſæ Feudorum non quaternatorum, cognoſcuntur à Regijs Iuſtitiarijs prouinciarum.

24 Intellectus Conſt. Regni. Iuſtitiarij nomen, & normam. nu. 27. 31.

25 Feudalium cauſarum cognitio hodie ſpectat ad ſacrum Concilium.
Intellectus Prag. Incip. Deficiente aliquo. ſub tit. de offic. ſacr. Reg. conſil.

26 Feuda quaternata, ſunt feuda magna, Ciuitates, Caſtra, & Baroniæ.

28 Quaternata appellantur, quia ſunt poſita in quaternionibus, ſeu libris Regiæ Cameræ.

29 Feuda quaternata, an dicantur feuda data à Rege, & ſi à Rege ità non appellentur. nu. 30.

31 Feuda quaternata ſecundum quid, vt dicit Camerar.
Intellectus Conſt. Regni. Conſtitutionem diuę memorię.

32 Defenditur Afflict. ab Impugnatione Camerarij, cuius dictum improbatur. num. 33.

34 Libri, ſiue quaterniones, conſeruantur in Regia Camera, vbi etiam Feudorum refutationes annotantur.

35 Intellectus Prag. 14. incip. Molte volte. Marchionis Mondeſaris.

36 Rex, & ſui Magiſtratus, cognoſcunt de cauſis Curialium, & illorum, qui in curia aſſiſtunt.

37 Intellectus Conſt. Regni. Statuimus vt magnæ Curiæ. §. Et de quæſtionibus.

38 Rex, & ſui officiales, cognoſcunt de Bannitis, publicis viarum turbatoribus, ac latronibus.

39 Contumax non opponit exceptionẽ fori declinatoriã.

40 Banniti, & contumaces carent eorũ Priuilegijs.

41 Banniti, & contumaces Forum amittunt.

42 Rex, & ſui Magiſtratus cognoſcunt de inobſeruantia Saluę Guardię, ſecuritatis, & ſimilũ. nu. 44. 45.

43 Priuilegia, qui conceſsit, ille de in obſeruantia cognoſcit.

44 Violator ſaluæ guardiæ, ſiue ſecuritatis, committit crimen Maieſtatis.

45 Ignorans ſaluum conductum, & ſecuritatem, non punitur, ſi non obſeruat.

46 Rex cognoſcit, ſi vellet experiri contra Ciuitatem, vel caſtrum immediatè ſibi ſubditum.

47 Magna Curia, dum eſt in aliqua Ciuitate, vel loco, cognoſcit de omnibus delictis, quæ ea præſente, committuntur.

48 Intellectus Conſt. Regni. Capitaneorum. nu. 78. 79.

49 Intellectus. Conſt. Regni. Honorem. num. 53.

50 Guerræ tempore factum dicitur, quod immediatè, ante, & poſt factum fuerit.

51 Factum quando cenſeatur tempore guerræ, Iudicis arbitrio remittitur.

52 Magnus Iuſtitiarius vbi eſt, ſilent alij Iuſtitiarij, etiã Regij Prouinciarum. num. 53.

54 Magna Curia, & alij officiales Regij ſupremi, torquent inquiſitos ex officio, non datis defenſionibus, ex prærogatiua quadam, quam præeminentiam vocant.

55 Intellectus. cap. Regni. In accuſatis.
Intellectus. cap. Regni. Tormentis.
Intellectus. cap. Regni. Prouiſa iuris ſanctio.
Intellectus. cap. Regni. Iuris cenſura.
Intellectus. cap. Regni. Diu iam, & pluries.
Intellectus. cap. Regni. Si cum ſceleratis.

56 Regij Magiſtratus cognoſcunt de cauſis Virginum, pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum. num. 58. 59.
Intellectus Conſt. Regni. Statuimus.

57 Perſonæ miſerabiles, quæ?

60 Magna Curia cognoſcit de delictis commiſsis per officiales, & in officiales.

61 Intellectus Conſt. Regni. Magiſter Iuſtiarius. nu. 82.

62 Officialium appellatione, an veniant Actuarij, ſiue Notarij ſtates pro cõficiendis actis ad bancũ Iudicis.

63 Baiuli, an veniant officialium appellatione.

64 Regij Magiſtratus cognoſcunt de cauſa, vbi denegatur iuſtitia. num. 65.

66 Magna Curia cognoſcit de præſentatione, ſeu liquidatione inſtrumentorum Guarentigiatorum, ſiue ad formam ritus.

67 In liquidatione inſtrumenti, an opponatur fori declinatoria?

68 Magna Curia Vicariæ citat ad recognoſcendum ſcripturam priuatam, manu alicuius ſcriptam.

69 Conſilium, etiam lapſis temporibus appellationis introducendæ, cognoſcit cauſam ex eiſdem actis. numero 70. 73.

71 Stylus Curiarum ſeruandus.

72 Conſilij ſententiæ ſub perſona Regis proferuntur.

74 Magna Curia cognoſcit de homicidijs, & damnis clandeſtinis.

75 Intellectus Conſt. Regni. Super inciſionibus.
Intellectus Conſt. Regni. Si damna clandeſtina. n. 80.

76 Prouinciarum cuſtodia in Regno commiſſa eſt Barrigello Regio.

77 Ma-

77 *Magna Curia cognoſcit, de delictis commiſſis per Barones, & per vniuerſitates.*
81 *Spoliatus poſſeſsione à Fiſco Regio, ipſum conuenit Fiſcum in magna Curia.*
83 *Fiſcus pro ciuilibus cauſis de iure communi conuenitur coram Magiſtratibus Principis, pro criminalibus coram Præſide.*
84 *Fiſcus, an vtatur iure priuati?*
85 *Minor reſtituitur aduerſus lapſum Eremocidij, ſiue inſtantiæ.*
86 *Maior etiam reſtituitur aduerſus lapſum inſtantiæ, ex iuſtis cauſis impedimenti.*
87 *Inſtantia peremptà in hoc Regno Neapolitano, conceditur cauſæ inſufflatio ſpiritus vitæ per ſacrum Concilium, ſiue per illius Præſidentem.*
88 *Inſufflationem inferiores à Principe non concedunt.*
89 *Inſufflatio ex meræ Principis gratia conceditur.*
90 *Cum inſufflatur cauſa, reſciuntur à petente, & ſupplicante expenſæ. vide nu. 92.*
91 *Intellectus Prag. Inſtantia cauſæ.*
93 *Inſtantia non permittur in tribunali, & Conciſtorio Principis. nu. 94 95.*
96 *Inſtantia non perimitur in parlamento Pariſienſi.*
97 *In Senatu Sabaudiæ inſtantia non perimitur.*
98 *Inſufflatio conceditur pluries.*
99 *Inſufflatio dum conceditur, pars non citatur.*
100 *Magnus Iuſtitiarius, & Iuſtitiarij prouinciarum cognoſcunt de pœna ſpretæ defenſæ.*
Intellectus Conſt. iuris gentium.
Intellectus Conſt. Regni. Fidelium noſtrorum.
Intellectus Conſt. Regni. Si quis in poſterum.
Intellectus Conſt. Regni. Defenſas.
Intellectus c. Regni. Terrerij.
101 *In pœna ſpretæ defenſæ alij officiales, præterquàm Regij, non ſe intromittunt.*
102 *Formulæ petitæ Defenſæ, & ſpretæ.*
103 *Magna curia cognoſcit de Guerramota per aliquos in Regno.*
Intellectus Conſt. Regni. Comes.
104 *Guerramota quando dicatur.*
105 *Vis publica dicitur, ſi coadunatis, ac armatis hominibus, & ſine vexillis, delictum fieret.*
106 *Magiſtratus Regij in Hiſpania præſertim in Catalonia, ſequeſtrant iuriſdictiones, ac fructus Baronum receptantium Bannitos, & latrones.*
107 *Familiares Regij, ac Familiaritatis priuilegio fungentes, Regiæ iuriſdictioni ſubiacent, & ab illis cognoſcuntur.*
108 *Magiſtratus Regij iuriſdictionem auferunt Baronibus vtentibus nimia ſæuitia in ſubditos, & vaſſallos. nu. 109. vide deciſionem magnæ Curiæ, & Regij Conſilij. nu. 113.*
110 *Vaſſalli, & ſubditi ſæuiter tractati à Barone, eximuntur à Principe à ſua iuriſdictione, etiam vaſſallo tacente, & nihil petente.*
111 *Subiectus grauatus eximitur à iuriſdictione domini.*
112 *Subditus licet quæſtionem contra dominum non moueat, debet tamen Iudex ex officio prouidere.*
114 *Magna curia, & Prouinciales Regij ordinant, vt cauſam exiſtentem in limine expeditionis, expediant, alias auocant.*
115 *An comminatio, quod cauſam expediat, debeat fieri à ſuperiore Baronis, ſi habeat appellationis cauſas? nu. 116.*
117 *Ad Principem ſpectat ſubditos à grauaminibus releuare.*
118 *Intellectus Conſt. Regni. Cum circa.*
119 *Magiſtratus, & officiales aliqui ſtudent placere domino.*
120 *Domini terrarum amant Placentiam nõ Veronam.*
121 *Princeps prouiſionem facit abſque cauſæ expreſſione, & cognitione.*
122 *Omiſſo medio appellatur ad magnam Curiam. nu. 123.*
124 *Superior tunc manus imponit, vt cauſa expediatur, quando eſt in expeditionis limite.*
125 *Cauſam eſſe in limine expeditionis, intelligitur, etiam quando pars habet proceſſum pro compilato, & legitimato.*

CAP. LXII.

PLures Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones, habet ſub ſe Rex Catholicus, præſertim in hoc Regno Neapoli inueſtitos de Feudis, cum Mero, mixtoq; Imperio, & Gladij poteſtate; in pluribus tamen caſibus contra eorum vaſſallos, Regia tribunalia procedunt, in quibus ijdem Barones nõ ſe intromittunt.

Primò in hoc Regno Neapolitano, morien-
1 te aliquo ex dictis Feudatarijs, idem Rex, ſiue †eius Locum tenens, ſuumq; ſupremum collaterale Concilium, dat, & conſtituit Pupillis, morientium Baronum, ac titulatorum tutorem eius nomine, quem Balium appellant, in bonis Feudalibus. vt in Conſt. Regni. In aliquibus. in
2 fin. & in † Conſt. Minoribus. Quod Balij officium durat vſq; ad cœptum annum pupilli deci-
3 mum quintum. † vt in dictis locis tradidit Afflict. & idem in Deciſ. Neap. 183. nu. 6. Anton. Capic. in c. Imperialem. col. 10. verſ. Conſtitutio Regni. de Prohibit. feud. alien. per Feder. Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 2. Author. 39. Niger in cap. Regni. Feudatarius. D. Præſidens de Franchis in Deciſ. Neap. 10. nu. 1. Ioſephus Cumia in Ritibus Sicil. c. 19. nu. 46. 48. Ioan. Vincent. Annius in allegat. 118. nu. 5. Vnde Rex ſe ipſum conſtituit protectorem, tutorem, ac Balium pupillo, quod ſpeciale eſt in Principe. Sic Senatus Romanorum dabat tuto-
4 rem clariſſimis, ac perſonis † illuſtribus. vt in l. 1. C. de tutor. & curat. Clariſſ. Prætor tamen
5 ſe ipſum tutorem conſtituere minimè † poterat. l. Prætor. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. voluit etiam Io. Thom. Minadous in dicta Cõſtit. In aliquibus. notab. 5. in princip. num. 1. & ſeq.

Declara primò, eadem Iura, & cõſtitutiones non procedere, quando idem Baro, vel Feudatarius reliquiſſet ſuis Pupillis, tutorem, vel Balium,

lium; tunc enim Rex, & ſua Curia conquieſcũt.
6 † ità cauit Rex Carolus II. in d. c. Regni Feu-
7 datarius. † & voluit Afflict. in dicta Deciſ. 183.
nu. 6. verſ. Quinto, & vltimo. Iuribus etiam in-
ſulæ Siciliæ cauetur ſimiliter. vt per cap. Regis
Alphonſi. 388. vt retulit Cumia. in d. cap. 19.
nu. 47. Ioan. de Arnon. in Epitho. 36. Et ſic ſo-
8 lum quando moritur † inteſtatus, vel eo non re-
licto. Quod procedit etiam in matre relinquen
te filio Balium: vt poſt Iſern. voluit D. Regens
de Ponte in conſil. 31. nu. 6. vol. 1.

Declara ſecũdò, procedere in Baronibus ha
bentibus Feuda quaternata, non autem Feu-
da Plana, ſeu de tabula, quia in illis Regia cu-
9 ria † in dando tutore non ſe intromittit, ſed
proceditur attẽto iure communi. vt poſt Andr.
de Barulo. in dicta Conſt. Minoribus. voluit
ibidem Afflict. nu. 2 Niger in d. c. Feudatarius.
nu. 13. Sed ſecus eſſet ſi pupillus haberet feuda
quaternata, & Plana, ac bona burgenſatica, tũc
10 enim Balius dabitur, & adminiſtrabit † omnia.
vt concludit Afflict. in dicta conſt. Minoribus.
nu. 2. & Niger vbi ſupra nu. 14.

Et hic Balius bonorum pupillarium inuen-
tarium facere debet, ac Baliatu finito, adminiſ-
11 trationis † rationẽ reddere. vt in dicta Conſt.
Minoribus. vbi hoc voluerunt Andr. de Baru-
lo & Andr. de Iſer. & Afflict. num. 7. Cumia in
d. cap. 19. nu. 48. Niger in d. c. Regni. Feudata-
rius. nu. 10. Sed dũ Baliatus adminiſtratur per
Regem, non inuentarium, non rationes redde-
12 re. † nec aliorum ſolemnitates obſeruare te-
nebitur. vt concludit Minadous in dicta conſt.
In aliquibus. notab. 5. nu. 3. cum pluribus ſeq.
In Baliatu, vt in Tutela, mater alijs coniunctis
13 præfertur, dum tamen ſit perſona † ſobria, in-
duſtriæ, & honeſtatis plena. vt per Afflict. in
dicta deciſ. 183. in fin. & iterum in dicto col-
laterali conſilio idem deciſum fuit, teſte D. Pre
ſidente de Franchis in dicta deciſ. Neap. 10. Et
in vendendis bonis pupillaribus Balius nõ de-
bet aliud decretum de vendẽdo exigere, dum
per aliqualem informationem conſtet de ne-
ceſſitate, & vrgentia vendendi, & habeatur li-
14 centia, à Rege, Prorege, † ſeu Locumtenente,
vel eius Conſilio, teſte D. Regente de Ponte in
conſil. 1. nu. 117. vol. 1. Preſumuntur enim ij om
nia rectè ordinare. Huic Balio conſtitui Sala-
15 rium, bis deciſum fuiſſe † ab eodem Conſilio,
refert idem Præſidens de Franchis. in deciſ.
Neap. 122. nu. 5.

Secundò Rex, & eius Curia procedit contra
omnes iniquiſitos de crimine læſæ Maieſtatis
16 † humanæ. vt dixi ſupra. cap. 26. & habetur in
l. 1. C. Ad leg. Iul. Maieſtat. & habetur in Con-
17 ſtit. Statuimus. † de offic. noſt. iuſti. vbi Mat-
theus de Afflict. nu. 3. qui ampliat procedere
etiam ſi delinquentes eſſent ſeptem ſupremi
officiales. Idem Afflict. in Conſt. Regni. Lite-
ras. nu. 9. Ioſeph. Cumia in Ritib. Siciliæ. cap.
82. nu. 22. Quinimmo etiam ſi conſpiraſſent in
18 Curiam ſupremam, vel † aliquem Senatorem.
Petr. Rebuffi in concord. Franciæ. in Proœm.
in verb. Summis. verſ. 14. & dixi vbi ſupra.

Tertiò, Rex, eiuſq; officiales cognoſcunt de
19 crimine falſæ monetæ. vt † exactè dixi ſupra.
cap. 12. ibi me remitto.

Quartò ſupremi Regij Magiſtratus cogno-
20 ſcunt omnes feudorum cauſas † quaternatorũ.
vt in dicta Conſt. Regni. Statuimus. de offic.
21 noſtri † Iuſtit. vbi tex. dicit: de Feudis quater-
natis, & de quota parte ipſorum cognoſcere
Magiſtrum iuſtitiarium. quod ſequitur ibidem
Andr. de Iſer. col. 3. verſ. Item quid ſi pupilli.
Matth. de Afflict. ibidem nu. 4. Cumia in Ri-
tibus Siciliæ. cap. 36. nu. 25. & cap. 82. nu. 23. Re-
buffi in Proœm. concord. Franciæ in verb. Sum
mas. col. 3. verſ. Decimo tertio. Quia iſtæ cau-
22 ſæ etiam de iure communi, requirunt † maio-
res iudices. vt dixi de compromiſſ. §. 2. Gloſſ.
1. ſub nu. 128. vbi tractaui, An cauſa Feudalis
debeat, vel poſſit compromitti. Et nouiſſimè
eandem quæſtionem formauit Ioan. Vincent.
Annius, in Conſt. Conſtitutionem Diuæ memo
23 riæ. nu. 284. 286. De † feudis verò non quater-
natis nec magnis cognoſcunt etiam Iuſtitiarij
24 Regij Prouinciarum. vt in Conſt. † Iuſtitiarij
nomen, & Normam. in fin. vbi Iſern. & voluit
idem Iſern. in dicta Conſt. Statuimus col. 3. Ho
die vero cognitio hæc ſpectat ad Regium Con
ſilium, vt in Prag. Regis Ferdinandi I. incip. De
25 ficiente † aliquo. ſub rub. De offic. ſacr. Reg.
conſil. voluit Petr. Foller. in dicta conſtitut. Sta
tuimus. nu. 6.

Quaternata feuda in hoc Regno appellan-
26 tur, feuda magna, & Baroniæ, † ciuitates, & ca
ſtra. vt inquit Imperator in dicta Conſt. Iuſti-
27 ſtitiarij † nomen, & Normam. in fin. & ibi hoc
voluerunt Marinus Gloſſator, Iſern. & Afflict.
in quibus locis dicitur appellari quaternata,
28 cum ſint † poſita, & annotata in quaternionĩ-
bus Regiæ Curiæ. Quàmquam Andr. de Iſern.
in c. 1. de contr. inueſtit. apud Par. termin. te-
neat, quòd quando Feudum conceditur à Re-
29 ge, dicatur, & appelletur quaternatum: † &
idem dicit in Cõſt. Poſt mortem. & in conſt. Si-
baro. Tamen Conſilium decreuit, tunc feudum
collatum à Rege, appellari, vel dici quaterna-
tum, quando idem Rex ſic illud appellaret, vel
30 dici † vult in inueſtitura. vt per Matth. de Af-
flict. in deciſ. Neap. 282. nu. 3. 4. Vnde verius
eſt illud, quod dicitur in d. Conſtit. Iuſtitiarij
31 nomen, † & normam. in fi. quòd quando Feu-
dum eſt appoſitum, arq; annotatum in quater-
nionibus Regiæ Curiæ dicatur quaternatum.
Quod & voluit Paris de Puteo de Reintegrat.
Feud. cap. 19. Incip. Et aduertendum. nu. 7. fol.
14. Non enim deſcribuntur Feuda in quinter
nionibus, niſi dentur à Rege: vnde fateri neceſ
ſe eſt, quòd Feuda quaternata dicantur ſtatim,

quòd

quòd dantur à Rege. Hoc autem videtur mihi ridiculum diſputare, ex quo inueſtitus à Rege aliquo Feudo, per priuilegium, vel alio modo, illius priuilegij exemplum regiſtratur, & remanet penes Cameram Regiam, & inſuper in Regno producitur priuilegium, ſeu inueſtitura in Regia Camera, in cuius libris deſcribitur, & ſic dicuntur quaternata, & in quaternionibus, ſeu libris Regijs poſita. Aliqua etiam dicuntur quaternata ſecundum quid, puta quando aliquis Princeps, vel Baro Regis Feudatarius, vellet in quempiam eſſe gratus, vel donare in remunerationem feudum aliquod; cumque alienatio minimè abſque Regis aſſenſu ſit permiſſa. argum. dictæ
32 Conſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ. † Quo caſu alienante Barone, aſſenſu Regis intercedente, dicetur quaternatum quoad Regem, & ſemper ità iudicabitur. vt reprehendendo Afflict. cenſuit Barthol. Camerat. in Rep. cap. Imperialem. fol. 68. Littera M. verſic. Prima concluſio ſit. cum pluribus ſequen. de prohibit. feud. alien. per Frider. Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 2. titul. de Differ. int. Feud. titul. & alia. num. 14. Ioan. Anton. Cannet. in Rep. cap. Si aliquem. Regni Siciliæ. §. In qua Conſtitutione. num. 21. cum pluribus ſequen. fol. 210. Petr. Foller. in Conſtit. Statuimus. num. 11. 13. 14. & in cap. Regni. Item ſtatuimus quòd vaſſallis. num. 7. Robert. Maranta in conſil. 79. num. 1. cum pluribus ſeq. & notiſſimè Magnus Feudiſta Franciſc. de Amicis in Rep. titul. de his qui feud. dar. poſſ. §. Pro complemento. num. 1. fol. 54. & §. Quaternata. num. 1. folio 55. & antea declarauerat Iacobut. de Franch. in Rep. Eiuſdem titul. numero 174. cum pluribus ſequen. Nec meo iudicio fuit rationabilis repræhenſio facta per Ca-
33 merar. contra Afflict. † Quia ſufficit illud appellari quaternatum, quod ſit à Rege concedente, vel conſentiente, ſi enim Rex alienationi non conſentiret, alienatio non fieret, & idcirco recipit nomen à Rege confirmante, non à Barone concedente. Vnde vtcumque ſit dum Rex, vel inueſtit, vel conſentit, dicitur quaternatum verè, non ſecundum quid, & ità declaranda erant dicta Afflict. Hi quaterniones, erant in magna Curia Siclæ, vt dicit Cæſar Vrſill. in deciſ. Afflict. 282. in princip. Sed re uera conſeruantur, & annotantur ho-
34 die in Regia † Camera, in quibus fiunt annotationes etiam feudorum refutatorum. vt in Pragmat. 14. Marchionis Mondeſaris. Incip.
35 † Molte volte. facta die 18. Iulij 1579. Hoc vero nomen Feudi quaternati, de iure communi eſt incognitum, & credo poſſe poni in illa diuiſione feudorum, quorum aliud eſt Regale, aliud non regale.

Quintò in Regno Magiſtratus Regij, cognoſcunt de cauſis curialium, & eorum, qui aſſi-
36 ſtunt, † & commorantur in Curia, è qua abſque Regis licentia diſcedere nequeunt; quorum quæſtiones, Magiſter iuſtitiarius, ſenicius magna Curia cognoſcit. vt placuit Friderico
37 Imperatori. in dicta Conſtitut. Statuimus, † vt Magnæ curiæ. §. Et de quæſtionibus noſtrorum curialium. vbi Doctor. præſertim Foller. nu. 16. poſt Matth. de Afflict.

Sextò cognoſcit curia Regia indiſtinctè de Bannitis, ac publicis viarum turbatoribus, atque latronibus, in publicis, ac Regijs vijs fur-
38 ta, latrocinia, ac alia † delicta patrantibus: quod dictum in eo fundant, quòd viæ publicæ ſunt de regalibus. vt in cap. 1. Quæ ſint regal. & dixi plenè ſuprà capitulo 7. & voluit in ſimili Barthol. de Caſſen. in Catalog. Gloriæ Mundi. parte 5. conſiderat. 24. num. 2. Quia Magna curia habet iuriſdictionem ordinariam fundatam in toto Regno. vt dicit Carauita in Ritu 230. num. 8. & eodem modo procedunt Regiæ audientiæ Prouinciales, & Commiſſarij Latrunculatores, quos Commiſſarios contra delinquentes appellant, quorum iuriſdictio ob amplas poteſtates ſibi conceſſas, omnes alias iuriſdictiones Baronales occupat: quo autem iure, ipſi viderint; hoc dicterium in promptu proferentes, quod ad modum belli procedant, quod bellum pro eis, vt plurimum facit, cum abſque delinquentium extirpatione, totum Regnum perturbent, ac deuaſtent: & niſi malefactores inter ipſos ex Proregum ordine ſe colliderent, & extinguerent, commiſſariorum intuitu ſemper efflorеſcerēt, quia vt plurimum mali Commiſſarij (Bonos, ac Dei, & iuſtitiæ timoratos ſemper excipio) poteſtate in eorum diplomatibus eis conceſſa abutuntur, in maximam, atque inenarrabilem ſubditorum iacturam, ac Regni ruinam. Pro curiæ autem iuriſdictione dici poſſet, quòd ſimiles viarum turbatores, & latrones, contumaces effecti, ac banniti, non poſſint opponere exceptionem fori declinatoriam, qua regulariter
39 † contumax priuatur, vt dico de contumacis vindicta. Pœna.... Et iſto caſu, quoad ipſos delinquentes ſine dubio tranſiret eadem opinio, quia quoad Dominos iuriſdictionum, & Barones, aliud cenſerem. Inſuper ijdem banniti, & contumaces effecti in tribunali Regio, tunc ſine dubio, tamquam Curiæ regiæ inimi-
40 ci, & tamquàm ſpoliati eorum † priuilegijs. argum. l. Is qui reus. ff. de pub. Iud. Forum etiam perderent, ac apud Regios officiales conueni-
41 ri poſſent, ac eorum † cauſæ ibi tractari. vt in ſimili dicit Andr. Gail. practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 1. num. 38.

Septimò, ſi Princeps conceſſit alicui ſecuritatem, ſaluo conductum, ſeu ſaluaguardiam,
42 † vel vti dicunt, Guidaticum pro ſuis delictis,

aut alia ex cauſa; viſoq; priuilegio, principalibus, ac Regalibus codicillis, aliqui verò idem priuilegium non obſeruarent, vtiq; cõtra eoſdem inobſeruãtes, ac non obtemperantes, Magiſtratus Regij procedere poſſent, quia is, qui codicillos, ac priuilegia concedit, de eorum
43 obſeruãtia, & declaratione † cognoſcit. l. Cum de nouo. C. de legib. Bal. in prælud. Feud. n. 18. c. Cum veniſſent. vbi gloſs. in verb. Iudicari. de iudic. c. 1. de leg. Conrad. in feud. & in ſpecie de violante ſecuritatem Principis, Princeps co
44 gnoſcit, tamquàm contra committentem † crimen læſæ Maieſtatis l. 1. ff. ad leg. Iul. Maieſt. Guid. Pap. in deciſ. Gratianop. 418. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 179. nu. 1. Menoch. de arbitr. iud. q. lib. 2. Cent. 4. caſu 337. & 338. nu. 3. & caſu 346. Barthol. Bertazol. in conſ. crim. 11. n. 17. vol. 1. Io. Grandis de Bello Exulum. in prædicamento quantitatis. cap. 2. nu. 8. Contra eos autem nõ proceditur, ſi ſecuritatis, aut ſalui con-
45 ductus † notitiam non habuerint. Ludouic. Carrer. in pract. crim. §. 6. nu. 204. Ludo. Gozadin. in conſil. 61. Deci. in conſil. 327. Marian. Socin. Nepos in conſ. 58, nu. 12. vol. 1. Franciſc. Butſat. in conſil. 134. num. 19. vol. 2. Ioſeph. Maſcardus de probat. §. Bannitus. concluſ. 162. nu. 18. 20. & dixi plura ad materiam ſupra. cap. 38. vbi ad hoc, vt iſta concedi valeant, quæ requirantur, plenè tradidi.

46 Octauò, ſi Rex vellet experiri † in Ciuitatem, ſiue Caſtrũ, aut oppidum, immediatè ſibi ſubditum, quod eſt ſub ipſius Regis, non autẽ Baronis, Domanio; vt sũt quàmplures Ciuitates, & oppida in Regno, vtiq; non cenſetur publica Ciuitas, ſed habetur loco priuatorũ. vt in l. Eum, qui vectigal. ff. de verb. ſignific. vbi plura ad propoſitum optimè inducit Guliel. Fornerius. & habetur in l. Nihil intereſt. ff. Ad Senatus conſult. Macedon. Ideo contra eam experitur in Tribunalibus Regijs, nec remittetur cauſa ad tribunal propriæ Ciuitatis.

Nonò, Magiſter iuſtitiarius, eiusq; magna Curia, dum eſt præſens in loco aliquo, aut Ci-
47 uitate † cognoſcit de maleficijs omnibus, eo præſente, aut parum ante commiſſis. vt in Cõſt.
48 Regni. † Capitaneorum. vbi hoc dicit Afflict. nu. 4. procedere, vt non poſſint alij Magiſtratus procedere in cauſis ciuilibus. Cui licet ibidem contradicat Foller. num. 16. tandem reſidet cum opinione Afflicti, quem ſequor ob ver-
49 ba Conſt. † Honorem. ibi, ſilere debebunt. vt ſtatim dicam. Quomodo autem intelligantur verba illa, (vel parum antè aduentum ipſorum) videnda ſunt notata à Bald. in cap. 1. in princ. num. 4. de Pace tenend. vbi dicit, de ta-
50 cto tempore guerræ, dicens includi, † quod factum eſt immediatè ante, & immediatè poſt guerram. argum. l. Diuortio. vbi eum ſequitur Alexan. num. 6. ff. ſolut. matrim. quem ſimpliciter retulit in dicta Conſt. Capitaneorum. nu. 5. in fin. faciunt notata per Angel. in Auct. de hæred. & Falcidia. in princip. colum. 2. hoc ta-
51 men remitti Iudicis arbitrio cenſendum † videtur. arg. eorũ quæ ſcribit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. Cent. 2. caſu 9. 24 & 25. & ibi pluries.

Decimò, Regij Magiſtratus, & præſertim Magiſter Iuſtitiarius, eiuſq; magna Curia, vbi reperitur, ſilent alij iuſtitiarij Prouinciarũ, etiam
52 † Regij. vt in Conſt. Honorem. dicens, alias curias vti luminaria minora offuſcari, & obũbrari per præſentiam magnæ Curiæ, quæ dicitur luminare maius; cum iuxta Philoſophum, Excellens ſenſibile, corrumpat ſenſum. Vnde reſpectu illius, ſilent omnes aliæ Curiæ. vt dicit Ritus 48. & 59. quos ad hunc finem allegat Caranita in prag. Filiorum familias. §. 1. num. 11. & iſtud eſt ferè idem cum capite ſuperiori.

Vndecimò, magna curia Vicariæ procedit contra delinquentes, latrones in ſignes, ſtratarum graſſatores, ac disrobatores, incendiarios, raptores violentos, ac facinoroſos homines, contra quos laborat infamia, & contra eos ex proceſſu informatiuo, non datis adhuc defen-
54 ſionibus procedit ad eos torquendos ex † prærogatiua, per quandam præ eminentiam, data, & conceſſa ſoli eidem magnæ Curiæ Vicariæ. argumento capitulorum Regni. c. In accuſatis.
55 c. Tormẽtis. c. Prouiſa † iuris ſanctio. cap. Iuris cenſura. cap. Diù iam, & pluries. & cap. Si cum ſcęleratis. de qua magnæ Curiæ Vicariæ præeminentia. ſcribit Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 391. & in Cõſt. Item diram, & Duram. in fin. Paris de Puteo in tract. ſyndicat. in verb. Tortura. cap. Quia plerique. Thomas Grammat. in conſil. crim. 64. nu. 4. & in voto 3. nu. 30. cum pluribus ſeq. & in deciſion. Neapol. 34. num. 31. cum ſeq. de qua latè Niger in dicto c. Si cum ſcæleratis. Ludo. Carrer. in pract. crim. in rep. l. Obſeruare. nu. 188. & nouiſſimè D. Preſidens de Franchis in deciſ. Neap. 143. per totum. In ijs locis explanatur tota hæc materia.

Duodecimò, tribunalia Regia, in Regno indiſtinctè, ſiue per viã electionis, ſiue per viam perhorreſcentiæ, in cauſis viduarum, pupillorum, ac aliarum miſerabilium perſonarum eli-
56 gentium forum, † cognoſcit de eorum cauſis, non ſolum vigore iuris communis. l. Vnicæ. C. quand. imper. inter vid. ſed etiam de iure Regni. in dicta Conſt. Statuimus. ſupra allegata, vbi Lallus de Tuſcia, Afflict. & Foller. Qui de-
57 clarant, quæ dicuntur † perſonæ miſerabiles. & ad hanc materiam faciunt notata per eundem Afflict. in deciſion. Neap. 257. & Anton. Capic. in deciſ. 160. Didac. Couar. Pract. q. c. 7. Andr. Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ. in præfat. verſ. Et videtur hoc comprobare. Guid. Papæ in deciſ. Gratianop. 566. Idem Tiraq. de reuoc. donat. in verb. Omnia. num. 30. Roland. à Valle

de

de lucr. dotis. quæſt. 12. num. 8. & in conſil. 20. vol. 2. Pace Scala de conſil. ſapientis. lib. 2. c. 7. & nouiſsimè Ioan. Petrus Surd. in conſil. 152. num. 52. vol. 2.

Quod ampliatur procedere, ità vt non valeant hæ miſerabiles perſonę alios Iudices eligere, q̃ ordinarios Regios: puta ſi pro cauſa feudali, vellet virgo, vidua, pupillus, vel alia miſerabilis perſona eligere aliũ Iudicem Re-
58 gium, quàm ordinarium deputatum, vt† non poſſit. vt poſt Bal. in cap. Imperialem. §. Prærea. il 3. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. voluit Paris de Puteo de reintegrat. Feudor. cap. 198. An citatus. nu. 44. cum pluribus ſeq. fol. 108.

Declara ſecundò non procedere in miſerabilibus perſonis ſubditis, ac vaſſallis alicuius Domini, habentis priuilegium ſpeciale derogatorium dictæ. l. Vnicæ. ac priuilegio electionis fori, ſpectanti miſerabilibus perſonis; quia
59 tunc Princeps non cognoſcet, ſed tunc† fit remiſſio ad illum Dominum. vt poſt alios conſuluit Deci. in conſil. 165. num. 5. & ſic fuit deciſum in Regio Conſilio. vt per Thom. Gramm. in deciſ. Neapol. 20. per totum. latè Proſp. Carauit. in ritu 233. Petr. Belluga. in Specul. Princip. Rub. 23. §. Sed pone. & Rub. 38. vbi aliqua dixi in addit. & D. Præſidens de Franchis in deciſ. 192. quam refert, & ſequitur Antoninus Teſſaur. in deciſ. Pedem. 177. ſub nu. 11. Fabius de Anna nunc Regis Conſiliarius ad patrem in allegat. 146. vbi retulit Deciſionem factam in anno 1583. Ad materiam Franciſc. Viuius in deciſ. 65. & alios allegans Senator Carolus Tapia de Conſtit. Princip. par. 2. cap. 9. num. 106. Sic etiàm vidi priuilegia à Rege Ferdinando conceſſa Conſaluo Ferdinando de Corduba magno Capitaneo, derogantia priuilegijs miſerabilium perſonarum.

Decimo tertiò, cognoſcunt Magiſtratus Regij eiuſdem magnæ Curiæ Vicariæ, de omnibus delictis commiſſis, & per officiales, & in
60 officiales† Regni. vt in Conſt. †† Magiſter Iuſti-
61 ſtitiarius. vbi Matth. de Afflict. num. 1. & habetur in cap. Regni. Iniunxit. in verſ. Nec non. & in Ritibus magnæ Curiæ Vicariæ. Ritu 49. 51. & 61. Marin. Freccia. de ſubfeud. Baron. libro primo, titul. de offic. Magiſtr. Iuſtitiar. num. 40. verſic. Sexto. & omnia verba Marini antea dixerat Anton. Capic. in inueſtitur. Feudal. in verb. Feudorum clauſulæ. §. Cognitione etiam cauſarum, quæ ex prærogatiua ad magnam Curiam. in fin. Idem Capic. in deciſion. Neapol. 27. num. 11. & dixi in conſil. 23. nu. 65. Centur. 1. & latiſſimè Carauit. in dicto Ritu 49. vbi in ſpecie tractauit, an in caſu huiuſmo-
62 di, officialium appellatione, veniant, &† contineantur Notarij ſedentes ad bancum Iudicis, ſiue actuarij? vbi dicit quòd non. Et tamen contrarium dicit fuiſſe determinatum, per magnam Curiam Vicariæ, cognoſci debere has actuariorum cauſas: & ità per Conſilium fuiſſe iudicatum. vt refert Ioan. Vincent. de Anna in ſingular. 48. vbi diſputat: An baiuli di-
63 cantur officiales, † ità quòd teneantur ſtare ſyndicatui? dicens nunquàm Conſilium hoc voluiſſe determinare.

Decimo quartò, Regia Tribunalia ob denegatam ab aliquo inferiori magiſtratu iuſtitiam, cognoſcunt quoad illam cauſam. Ob de-
64 negationem enim † iuſtitiæ, priuatur quis illa cauſa, & à ſuperiore cognoſcitur. cap. Ex tranſmiſſa c. Ex parte B. cap. Ex tenore. extra. de For. competent. & in §. Si tibi igitur. Auct. de mandat. Princip. & §. Statuimus. Auct. de ſtatutis. & conſuet. & in Auct. Statuimus. C. de Epiſcop. & Cleric. Bartol. in l. De pupillo. §. Si quis. num. 1. vbi Alexan. num. 2. ff. de oper. nou. nunt. Quod procedit etiam in Feudalibus. cap. 1. vbi Afflict. num. 97. de milit. vaſſall. qui contum. eſt. Quod intelligitur ante cœ-
65 ptum iudicium † primæ inſtantiæ: vt ſi ſupplicatum ſit Domino, vel Iudici, & ſit denegata iuſtitiæ adminiſtratio: quia alias ſi cœptum eſſet iudicium, & adiretur ſuperior, tunc aditus eſſet per viam grauaminis, aut appellationis.

Decimo quintò, magna Curia cognoſcit de præſentatione, ſeu liquidatione inſtrumentorũ ad formã ritus, etiamſi creditores, & debitores
66 eſſent† originarij, vel ciues aliarũ, Ciuitatum, ſeu terrarũ, exiſtentium ſub dominio aliorum Baronũ, vel Dominorũ. iuxta tradita per Ant. Capic. in inueſtit. Feudal. §. Feudorũ clauſulæ. in verb. Cum cognitione etiam cauſarum, quæ ex prærogatiua ad magnam Curiã. Quod per eadẽ verba retulit Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 1. tit. de offic. Magiſt. Iuſt. nu. 40. Paris de Puteo in tract. ſyndic. in §. Inſtrumentũ. in princ. vbi inquit hoc caueri ex Conſtitutione Regni: quam tamen non allegat, nec reperietur aliqua Regni Conſtitutio, quæ hoc dicat. Videmus tamen vſu forenſi in omnibus Regni Tribunalibus inſtrumenta liquidari, vt dicunt, & fatentur ijdem Paris, & Freccia in loco allegato. Quinimmo facta liquidatione, vel comparente citato, ad hoc vt vocatus vigore in-
68 ſtrumenti non carceretur; opponi fori† declinatoriã ex multis ab ipſe allegatis voluit Bernardin. Pand. de exequut. inſtru. par. 5. declarat. 23. nu. 40. licet ab ipſo allegata procedant de iure communi.

Decimo ſextò, cognoſcit magna curia Vicariæ in dando termino, ac dilatione ad reco-
68 gnoſcendam, & probandam ſcripturam † manu propria alicuius firmatam, ſeu ſubſcriptam: & ſi tractatur cauſæ remiſſio ad proprios Iudices, nũquam remittitur, recognitione prius non facta. Anton. Capic. & Marinus Freccia in locis proximè allegatis.

Decimo ſeptimò, ſi fuerit appellatum ad Conſilium, & introducta ibidem appellatione; nihilominus, illa non pro ſequuta, fuerit deſerta; producto tamen proceſſu, & actis ad idem ſacrum Concilium, etiam poſt lapſum temporis dati ad introducendam appellationem, qui in Regno eſt dierum quinquaginta, iuxta text. in Conſtitut. Regni. Appellatio-
69 num † tempora. idem Conſilium ob modicum temporis lapſum, quinimmo indiſtinctè,
70 procedit ex eiſdem actis, cauſam † terminando, an benè, vel perperam fuerit iudicatum. vt per Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 79. num. 3. 4. & in deciſ. 243. in fin. in quibus dicit ità fuiſſe antiquum S. C. ſtilum, qui ſtilus cu-
71 riarum † ſeruandus eſt. l. Labeo. verſic. More agentium. ff. de ſtatu lib. 1. § In honorarijs. ff. de var. & extraord. cognit. Bartol. in l. 3. § Teſtes num. 1. ff. de Teſtibus. Nicol. de Neapol. in lectura Bartol. in l. Iuriſperitos. in princip. num. 4. ff. de excuſ. tut. Alexand. in conſil. 240. num. 2. volum. 6. Guid. Papæ in Proœmio. deciſ. & in deciſ. 264. num. 3. Ioan. de Amic. in conſil. 42. colum. 3. Hieronym. Gig. de penſion. Eccleſ. quæſt. 22. num. 24. quæſtio. 88. num. 2. Sed talis S. C. ſtilus, non poteſt ab alijs curijs ſeruari: vt dicit Vincent. Maxilla in proœm. conſuetud. Bari. num. 148. Rationem ſtylus huius à Conſilio obſeruari ſoliti, illam eſſe conſtat, ex quo ſententiæ à facto Conſilio ſub nomi-
72 ne Regio, ac ſub Regis perſona † proferuntur: vt dicit Proſp. Caraui. in Ritu 260. num. 4. & ſequen. Et idcirco dicit, nec magnam Curiam, nec Regias audientias Prouinciales, aut alios inferiores Iudices, hoc facere poſſe. Facit tamen hoc Conſilium, dum tamen non fuiſſet antea probatum Decretum, quo fuiſſet declarata appellatio deſerta, quia eo caſu nullo
73 pacto reuiſionem † admittit. vt ſcribit Cæſar Vrſill. ad Afflict. in deciſio. allegata. 79. nu. 2.

Decimo octauò, Regij Magiſtratus eiuſdem magnæ Curiæ Vicariæ cognoſcunt de homicidijs, & damnis clandeſtinis, vbicunque, & in
74 † quacunque Regni parte illatis. vt in Conſtit.
75 Regni. Super † incisionibus. & in Conſtitut. ſi damna clandeſtina. ibi: Officialibus noſtris, quærentibus exhibere. & voluerunt Anton. Capic. & Marin. Freccia vbi ſupra. Hæc autem damnorum clandeſtinorum cognitio hodie in hoc Regno, minimè eſt in vſu; quia cuſtodia
76 prouinciarum eſt commiſſa, & † conſtituta Barigello Regio in qualibet prouincia, pro quibus fit ſolutio, vt poſt Carolum Tapiam, nunc Regium Conſiliarium meritiſſimum, ſcripſi in relatione in materia bannitorum Italo Idiomate conſcripta ad Illuſtriſsimum, & Excellentiſſimum Dominum Don Henricum de Guzman Comitem de Oliuares, Regni Neapolitani Locumtenentem & Proregem, ad quam me refero.

Decimo nonò, Regia magna Curia Vicariæ cognoſcit de delictis publicè commiſsis per
77 vniuerſitates, † Comites, alioſq; Barones. vt
78 in Cōſt. Regni. † Capitaneorum. in princ. Quæ qualitates delicti publicè cōmiſſi, antè omnia ſummariè conſtare debent, vt poſt multos ab ipſo allegatos cēſuit ibidem Matth. de Afflict. nu. 3. quod latius proſequitur Paris de Puteo de reintegr. Feudor., c. 198. An citatus. nu. 17. fol. 108. Nec eſt facienda vis in eo, quod dicit ibi Afflict. dicens ſecus eſſe in delictis clandeſtinis; quia hāc limitationem frigidam eſſe, ac extra regulam, voluit ibi Foller. num. 14. 15. Et
79 conſequendum. d. Conſt. Capitaneorum † loquitur, magnam curiam procedere in delictis publicè patratis per vniuerſitates, Comites, & Barones, declarat caſum minimè cōprehenſum
80 in Conſt. ſi damna clandeſtina. † quæ loquitur de delictis clā, & occultè patratis. Subſequitur poſtmodū iſta Cōſt. Capitaneorum. quæ declarans alium caſum, dicit; eādem magnā curiam procedere, & inquiſitionē formare de delictis publicè commiſsis. Et hæc eſt veritas.

Vigeſimò, vbi Fiſcus nullo iuris ordine ſeruato, ac de facto aliquem ſua poſſeſsione deſtituit, aut ſpoliat, priuatus in eadem magna Cu-
81 ria conueniet † Fiſcum, & poſſeſſionis, ac ſpolij reſtitutionem intentabit. vt in Conſt. Magiſter
82 † Iuſtitiarius. vbi hoc annotauit Afflict. nu. 5. ponens ipſum pro ſpeciali caſu ad Regiā Curiā ſpectante, cum re uera ponere non debuerit; quia etiam de iure communi, Fiſcus pro cauſis ciuilibus coram Principis Magiſtratibus con-
83 uenitur, † & pro criminalibus coram Præſide. vt in l. Ad Fiſcum l. Si quis aduerſus. l. Dominicis l. Cū aliquid l. Vniuerſi. & toto tit. C. vbi cauſ. Fiſcal. l. 2. C. de iuriſd. omn. iudic. l. Fin. C. vbi in rem act. Afflict. in c. 1. §. 1. nu. 44. de fra-
84 trib. de nouo Benefic. inueſtit. Quia in ijs † non iudicatur Fiſcus, vt vti debeat iure priuati. quemadmodū latiſſimè dixi ad Bellug. in Speculo Principum. Rub. 5. in verb. Iure priuati.

Vigeſimo primò, quando in cauſis ciuilibus perimitur inſtātia, quod fit per lapſum triēnij à die litis conteſtatę in prima inſtantia. vt in l. Properandum. C. de iudic. de iure communi fiebat reſtitutio inſtantiæ ex cauſis legitimis, vt in l. Sed & ſi per Prætorem. cum l. Seq. ff. ex quibus cauſ. maior. In qua inſtantiæ, ſiue Ere-
85 modicij lapſu, reſtituitur non ſolum † minor, ratione minoris ætatis. l. Si ſine § Fin. ff. de minoribus. Cyn. & Bartol. in l. 1. in fin. C. ſi aduerſ. libert. Barthol. Socin. in conſil. 299. num. 1. & ſeq. volum. 2. Petr. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. titul. de reſtitut. in integr. cap. 283. Sed etiam concedebatur maioribus, ſi iuſtæ impe-
86 dimenti † cauſæ ſubſiſtebant. vt in dicta l. Si ſine. §. Fin. ibi conſtat autem. Gloſs. & Cardin. in cap. Auditis. quæſt. 2 extr. de reſt. in integr. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin. 36. num. 1.

quod

quod multis limitatur modis, ac declaratur, quos ponit Sfortia Oddus de reſtit. in integr. quæſt. 67. Auguſtin. Berous in conſil. 35. num. 3. volum. 3. Sed in hoc Regno Neapolitano, tam
87 à Rege, quàm à cõſilio, † atque ab ipſius Conſilij Præſidente ſub Regis nomine, peremptæ cauſæ per lapſum inſtantiæ, conceditur inſufflatio ſpiritus vitæ, ita quòd lapſa iam inſtantia reſtituitur. vt authoritate gloſs. in l. Ab hoſtibus. §. Sed quod ſimpliciter. in verb. Reſtitutionis. ff. ex quib. cauſ. maior. Bartol. in l. Si ab hoſtibus. nu. 5. C. ex quib. cauſ. maior. Paris de Puteo de Syndi. in verb. Sententia. cap. Reſtat vnum. nu. 5. Anton. Capic. in deciſ. Neap. 11. in deciſ. 165. per totũ. Matth. de Afflict. in Conſt. Regni. Sæpe contingit. circa finem. Tho. Grammat. in deciſ. Neap. 69. nu. 4. in deciſ. 91. nu. 1. Idem Afflict. in c. 1. in princ. Speciali 39. Quæ ſint Regal. Marc. Ant. Natta in conſil. 636. n. 76. vol. 3. vbi dicit inferiores à Principe hoc face-
88 re † non poſſe. ſequitur. Robert. Marant. in Specul. aur. parte 5. in verb. Inſtantia. nu. 35. quos ſequi videtur Anton. Sola in Conſtit. Sabaud. titul. de iudic. in Decreto. Ad cauſam. Gloſs. 3. nu. 7. 8. nouiſſimè Roland. Cauagnol. in decret. Montisferrat. 13. §. 6. quæſt. 4. in fin. Ioan. Petr. Surd. in conſil. 199. nu. 13. vol. 2.

Conceditur autem inſufflatio ſpiritus vitæ
89 ex mera Principis gratia, † vt dicit idem Grammat. in deciſ. Neap. 103. nu. 117. quem retulit, & ſequitur Roland. à Valle. in dicto conſil. 4. num. 15. vol. 3. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 247. per totum.

In caſu verò inſufflationis ſpiritus vitæ, ac reſtitutionis inſtantiæ ſemper conſilium facit
90 reficere expenſas petenti, † quod, & iure communi cauebatur l. Nouerint. C. Vt intra cert. temp. cauſ. & habetur in dicta l. Properandum. §. Illo cum. C. de iudic. Alexand. in conſil. 66. viſis dubitationibus. colum. 1. vol. 5. Andr. de Iſern. in Conſtit. Regni. Sponte volentibus. & Paris de Puteo in loco ſupra allegato. Grammat. in dicta deciſ. 91. nu. 3. Proſper Paſeth. in conſil. 156. num. 2. vol. 1. Carauita in Ritu. 248. nu. 1. & ſeqq. & Ioan. Baptiſta Aſinius in pract. ciuili. §. 2. cap. 16. nu. 9. & ſeq. Et in Regno ità
91 cauetur per pragmat. Incip. Inſtantia † cauſæ. ibi (niſi prius refectis expenſis) quam Pragmaticam in hoc puncto limitat Ioan. de Arno. in Epitho. 2. non procedere in paupere, quem di-
92 cit reſtitui ad inſufflationem, † expenſis minimè refectis.

Vnum tamen aduertendum eſt, inſtantiam non perimi, vbi cauſa agitatur in conciſtorio,
93 ac Tribunali, & Senatu ipſius Principis, † vt in ſpecie de cauſa, quæ agebatur in Regia
94 Camera † ſummariæ. dicit Afflict. in Conſtit. Reg. Accuſatorem. nu. 5. ſequitur Carauit. in
95 dicto Ritu. 248. num. 1. in fin. Et in † Conſilio voluit idem Afflict. in deciſ. Neap. 78. num. 3. ſeq. Sebaſtian. Vant. de nullitat. tit. An quælibet ſententia. num 8. Marc. Anton. Natta. in conſil. 383. num. 1. volum. 2. & de Senatu Pariſienſi
96 † dicit Ioan. Imbert. inſtit. Forenſ. lib. 2. cap. 2.
97 & de Senatu † Sabaudiæ, dicit Antonin. Teſſaur. in deciſ. Pedemont. 10. num. 16. Inſuffla-
98 tio autem non ſolum bis, ſed ter † conceditur, vt inquit Capicius in deciſ. 165. num. 4. Grammat. in deciſ. 69. num. 4, 6. In qua dicit,
99 nec partem citari debere, cum proueniat † ex Principis benignitate, & gratia, quod ſequitur Aſinius in loco allegato.

Vigeſimo ſecundò, cognoſcit Iuſtitiarius, & eius magna curia de pœna ſpretæ defenſæ Regiæ; & ſic etiam Regij Iuſtitiarij Prouincia-
100 rum. de quo habetur † in Cõſt. iuris gentium in Conſt. Fidelium noſtrorum. in Conſt. Si quis in poſterum. in Conſt. Defenſas. & in c. Regni. Terrerij. Et ideò in illius exactione, aliorum lo-
101 corum Capitanei, & Magiſtratus non ſe † intromittunt. vt voluit Sebaſtian. Neapod. in d. c. Terrerij. nu. 1. Matth. de Afflict. in dicta Conſt. Fidelium noſtrorum. num. 10. Defenſa autem petebatur ab eo, qui dubitabat offendi ab aliquo in bonis, vel in perſona; & ideo imponebatur defenſa eidem, ne de facto in bonis, vel in perſona offenderetur; & ille cui cõcedebatur, dicere poterat illis, à quibus timebat offendi:
102 Ego talis prohibeo te, ne me offendas † in bonis, vel in perſona ex parte Regis: erat enim facienda ſub inuocatione Regij nominis, vt dicunt Afflict. vbi ſupra. Ioan. Anton. Niger in dicto c. Terrerij. num. 14. Et in hoc mihi videtur aliud non fuiſſe, niſi quòd tuebatur ſub protectione nominis Regij, quòd ſi ille, facta comminatione, offendiſſet, ſpretæ defenſæ pœna exigebatur.

Vigeſimo tertiò, cognoſcit magna curia de
103 Guerra mota p aliquos in Regno. vt in † Cõſt. Regni. Comes. vbi Andr. de Iſer. dicit: Tũc dici Guerram, vel bellum moueri, ſi armauit quis milites, ac inierit cũ vexillis, & banderijs, alias ſi quis iret cum hominibus non armatis, erit
104 vis priuata, ſi delictum † aliquod hoc modo commiſiſſent. l. 3. ff. Ad leg. Iul. de vi priuat. Si verò armatis hominibus, & ſine vexillis, tunc erit vis publica, etiam ſi aliquod delictũ ſub-
105 ſequutum † non fuerit. l. 1. l. 2. l. pen. ff. ad Iul. de vi pub. Et in tali caſu guerrę motę procedit Magna curia, per diſpoſitionem reformationis factæ per Reginam Ioannam Secundam, vt in ſuis capitulis. cap. 12. factis in anno 1432. prout refert Afflict. in dicta Conſtit. Comes. num. 7. in fin. Anton. Capic. in inueſtitur. Feudal. §. Feudorum clauſulæ. in verb. Cognitione etiam cauſar. & Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 1. tit. de officio Magiſtr. iuſtit. num. 40. de hoc latius dico de Magiſtratuum. edict. lib. 3. cap. . . vbi me refero.

Vigeſimo quartò, officiales, ac Magiſtratus

Regij in Hiſpania, præſertim in Catalonia,
106 †requeſtrant iuriſdictiones,fructus,& emolumenta Baronum receptantium latrones, delinquentes,bannitos, ac facinoroſos homines, relictis quibuſdam emolumentis, quibus viuãt,vt factum fuiſſe in Domino Caſtri de Moſſer, in quo tutè ſe recipiebant dẽlinquentes, qui infeſtabant Comitatum Roſſilionis, ſcribit Don Ludouic. de Peguera in deciſ.crimin. 36. per totum. vtinam in hoc Regno ita ſeruaretur.

107 Vigeſimo quintò, familiares Regij, † quique familiaritatis priuilegia,& diplomata habent ; licet fortè originarij,ac ſubditi ſint aliquorum dominorũ, ſiue Baronum; tamẽ ab officialibus, & Magiſtratibus Regijs cognoſcuntur, cum eiuſdem Principis iuriſdictioni ſubjaceant: vt optimè corroborando concludit Marc.Anton.Natta in conſil.576.In primo dubio.nu.6.cum pluribus ſeq.vol.3.

Vigeſimo ſextò,Magiſtratus Regij,auferunt
108 †iuriſdictionem Dominis, & Baronibus,ob nimiam eorum ſæuitiam,qua vtuntur in ſubditos, & vaſſallos. Superiorum namque intereſt, ne auxilium, contra ſæuitiam,famem,vel intolerabilem iniuriam, denegetur, ijs , qui iuſtè deprecantur:vt Diuum Piuum ad Ælium Martianum Bæticæ Proconſulem , reſcripſiſſe,ſcribit Vlpianus in l.2.§.Dominorum.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur.vbi Bald.num. 1.poſt Gulielmum de Cun.& Cyn.dicit,quòd ob nimiam crudelitatem poteſt alicui iuriſdictio auferri. Hinc Imperatores Archadius,& Honorius dixerunt,ob incommoda à Vicarianis Apparitoribus data, officialibus Cõſularibus Helleſpon
109 ti,ijdem Aſiæ Proconſulis poteſtati †ſubditi eſſent,& ab eiſdem Vicarianis eximerentur. vt in l. Vnica. C. de offic. Comit. ſacri patrimon. alias dicta lex ſituata eſt ſub titul. C. de offic. Proconſ. & leg. l.Officium. Hoc dictum ſequitur Ludouic. Roman. in conſil.37. num.1.allegans text.in §. Sed hoc tempore. & §. Fin. Inſtit.de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur.Quo in loco, inquit Ioan. Faber, poſſe Principem talem
110 vaſſallum ex toto eximere à Domini †iuriſdictione,etiam tacente ſubdito, & nihil petente. quod ſequitur Guid. Pap.in deciſ. Gratianop.62. & clarius idem Ioan. Faber.in dicta l. Officium. inquit: Nota, quòd vbi ſubiectus eſt
111 grauatus debet eximi à iuriſdictione † Domini.l.1. C.Si quacunque prædit. poteſtat. l.Si poſtulauerit.§.Iubet.ff.de adulter.l.2.ff.de his, qui ſunt ſui , vel alien. iur.l.Fin.ff. ſi quis à patrẽt.fuer.manumiſs.l.Si lenones.C.de Epiſcop. audiẽt. Et quamuis ipſe ſubditus quæſtionem
112 non faciat , Iudex tñ debet ex officio †prouidere. l.Illicitas. §.2. verſ. Neque innocentibus.ff.de offic.præſid. Specul.in tit. de denuntiat. §.1.verſ. Priuata. Hæc optimè Faber.Hinc Conſilium Neapolitanum, ob ſæuitiam Baronis Belmontis, poſt ſententiam Magnæ Curiæ Vicariæ, qua erat deportatus in inſulam Liparenſem,& eius vita durante iuriſdictione ciui-
113 li , & criminali † in vaſſallis priuatus, illam confirmauit: vt habetur per Thom. Grammat. in deciſ. 104.quã ſequitur Ferdinãd. Vaſquius controuerſ.Illuſtr.lib.1. cap.8.nu.17. cum pluribus ſeqq.Nicol.Boer.in deciſ.Burdegal.275. nu.3. Curtius iunior in conſil.137. nu.4. quem refert,& ſequitur Quintilian. Mandoſ.in tract. ingratitud.cap.62. Cauſa 73.Andr.Gail Pract. obſer.lib.1.obſeruation.16.Barthol.Bertazzol. in conſil.criminal. 281. ſub nu.6. vol.2.

Vigeſimo ſeptimò,magna Curia Vicariæ poteſtatem habet,& hoc faciunt etiam Regiæ audientiæ Prouinciales, dum ordinant Baronibus,eorum officialibus,ac alijs ſubditis Magiſtratibus, vt cauſam in expeditionis limine
114 exiſtentem, intra breue † quoddam tempus expediant:vt poſt Matth. de Affli ct. in Conſtit. Iuſtitiarij nomẽ.voluit Marin. Freccia.de ſubfeud.Baron.lib.2.authoritat.11.per totũ.quem ſequitur Anton. Sola in Decret. Sabaudiæ. ſub titul. de Caſtellanis. in Decreto. Quia pluribus Gloſ.3.ſub num. 3. & nouiſſimè illum referens Roland. Cauagnolius in Decretis Montisferrati. Decret. 2. §. 1. num. 13. & dum hæc tranſcribuntur vidi Ioan. Pett. Surd. in conſil. 152.nu.31.32.vol.2.

Declarant tamen Freccia , & Sola, non procedere vbicunque Baro , vel Feudatarius haberet cognitionem primarum , & ſecundarum cauſarum:quia eo caſu,iſta comminatio ad ſu-
115 periorem , qui habet† ſecundas cauſas ſpectaret.argum.cap.Irrefragabili §. Exceſſus.de offic. ordin. & per alia iura ab ipſis allegata. Sed ego non ſic indiſtinctè hanc declaratio-
116 nem admitterem. † Quid enim ſi Baro quiſpiam,aliquem in carcere mancipatum detineret,de aliquo delicto pulſatũ,& deſiderio maximo teneretur,vel ipſum condemnari facere, vel tam diù in carcere illum detinere , donec tędio & maceratione affectũ , ad pecuniariam cõpoſitionẽ induceret, aut trãſigeret?nõ enim cauſam expediri faceret,publicè ordinãdo officiali,vt cauſã expediat , ſecretò autẽ,& clam ꝑcipiendo ꝑnitus aduerſũ. Iſto enim caſu malignitas,& ſuperioris negligẽtia,nõ deber eſſe ſubdito nociua:ad Principẽ etenim ſpectat,op
117 preſſos†à grauaminibus releuare c. Ad Ro-
118 manã Eccleſiã.el.2.2.q.6.& habetur†in Cõſt. Regni.Cũ circa.Si enim malo Principis animo, aut facto Dãi,cauſæ expeditio ꝓtoletur , vtiq; vanum erit,ſecundũ iudicem adire;eodem nãque animo ſtatim mouebitur, & interim inquiſitus, vel vexatus, incideret in Scyllam,cupiens euitare Carybdim. Cum præſertim magiſtratus, & officiales aliqui reperiantur, qui
119 ſtudent † placere Domino.vt dicit Andr.de Iſern.in c. Imperialem.in princip.col.7.de prohibit.

hibit. Feud. alien. per Federic. & ideo dicit Cagnol. quòd Domini terrarum amant Placen
120 tiam, non † Veronam. Magna Curia enim Principem, ac Regem repræſentat, qui ſubditis poteſt præcepta facere, etiam non expreſſa cauſa. Vani enim capitis eſſe exiſtimatur, iudicare, Principem haud poſſe, abſq; cognitione, &
121 cauſæ † expreſſione præcipere. vt dicit Innoc. in c. Ad aures. de tempor. ordinat. ſequitur Abb. Panor. in c. Si quãdo in fin. de reſcript. Eodem modo poterit, & Magna Curia Regia, principem repræſentans. Ijs accedit eandem Magnam Curiam Vicariæ, prærogatiuam ha-
122 bere, vt ad illam, omiſſo medio, † appelletur. vt dicit Gloſſ. Marini de Caramanico in Conſt. Regni. Cum noua. in verb. Sed ad celſitudinem. quam ſequitur Matth. de Afflict. in Conſtit. Iuſtitiarijs nomen, & normam. ſub nu. 37. in fin. vbi dicit. Et ſcias, quòd ſemper ad magnam Curiam Vicariæ poteſt appellari omiſſo
123 medio. Ego autem † in vſu Forenſi hoc ſeruarem. Facerem enim mandatum, ac præceptum Baroni, ſeu Domino iuriſdictionis, primarum, ac ſecundarum cauſarum, quòd ſub cõpetenti termino; habito reſpectu ad perſonarum, cauſæ, ac loci, qualitatem; cauſam à ſuis officialibus expediri faceret, alias illam auocarem. Quia eo modo, cum ipſe Baro ſit Dominus iuriſdictionis, ſi malum non habebit animum, id exequetur: & nunquam præcepta alio modo expedirem, niſi Domino, & ſuis officialibus prius iuſſiſſem. Ex ijs enim perciperem, an negligant, vel oculis conniuentibus diſſimulent.

Declaratur ſecundò, dum tamen proceſſus ſit inſtructus, & cauſa reperiatur in ſtatu, in quo expediri poſſit, vt tunc ſuperior manus
124 † apponat, pro cæleri cauſarum expeditione. arg. c. Iurgantium. de re iudic. quod, & Freccia id annotauit. Idem ſimiliter dicerem, quando proceſſus, & ſi non eſſet in ſtatu expeditio-
125 nis, tamen pars haberet illum † pro compilato, & concluſo: vt fieri ſolet in criminalibus, dum partes habent proceſſum pro legitimato, compilato, & concluſo.

ARGVMENT. CAP. LXIII.

A Sacerdotibus, & clericis, ac perſonis Eccleſiaſticis in nonnullis caſibus, Rex exigit collectas, qui diſcutiuntur.

COMPENDIVM.

1 *Pharao Rex Aegypti, Sacerdotum territoria fecit immunia.*

2 *Artaxers Perſarum Regis edictum, quo ſacerdotes à ſolutionibus, & tributis declarauit immunes.*

3 *Clerici, & Eccleſia à collectarum ſolutione ſunt immunes.*

4 *Eccleſiæ, & alia loca pia, & clerici ab omni ſolutione, etiam extraordinaria ſunt immunes.*

5 *Imponentes, & qui ſcribunt, & conſentiunt, & conſilium præſtant, incidunt in excommunicationem.*

6 *Ciuitates etiam hoc imponentes clericis, & Eccleſijs, ſubiacent interdicto.*

7 *Communitates, & vniuerſitates excommunicari nequeunt.*

8 *Regia Curia cogit clericos coniugatos ad collectarũ ſolutiones, num. 11.*

9 *Intellectus Prag. Regis Ferdinandi Primi. Incip. Nuper ad Maieſtatem.*

10 *Inijciens manus violentas in clericum cõiugatum incidit in canonem excommunicationis.*

11 *Bona prius perpetuis futuris temporibus donata, vel empta quæ erant tributis, & collectis obnoxia, an teneantur ad collectas.*

12 *Vendens Eccleſiæ, vel perſonis Eccleſiaſticis bona, & iura, cenſetur vendere, vel donare, quæ obtinet. nu. 13.*

14 *Laici pro bonis collectas, & tributa Regi ſoluunt.*

15 *Bona, quæ tranſeunt ad Eccleſias, tranſeunt cum oneribus annexis.*

16 *Bona ſemel oneribus aſcripta, ità in Eccleſias: tranſeunt.*

17 *Eccleſia, vel perſona Eccleſiaſtica ignorans bona eſſe oneri ſubmiſſa, agunt contra venditores ſecus ſi ſcirent. nu 18.*

19 *Eccleſia acquirens poſſeſſionem, quæ pro ſolido, & libra eſt affecta collecta, tenetur ad collectam, quia eſt onus reale affixum. nu. 20. 23.*

21 *Eccleſia tenetur ad tributum de poſſeſſionibus tributarijs. nu. 24.*

22 *Prædia, in quibus fundata eſt Eccleſia, libera ſunt.*

25 *Clerici de bonis patrimonialibus non ſoluunt tributum, ſed de emptis ſic.*

26 *Intellectus. c. Regni. Item ſtatuimus quod poſſeſſiones.*

27 *Intellectus Prag. Regis Ferdinandi in anno. 1473. 3. Martij ſub titul. de cler. & diacon. Soluat.*

28 *Intellectus Prag. Ferdinandi Regis Incip. Fœlicis memoriæ quæ eſt. 2. ſub tit. de cler. & diacon. Soluat. §. In quo dicitur, cum inſerta Conſt. Papæ Honorij. num. 29.*

30 *Eccleſiam, & clericos non teneri ad collectas pro bonis emptis, & donatis. nu. 31. 32. 33.*

32 *Eccleſia, vel clerici ementes, ſi promittant ſoluere collectas, tenebuntur. nu. 33.*

34 *Vendenti, donanti, aut leganti Eccleſiæ, licet apponere conditiones ſibi viſas.*

35 *Si fieret ſtatutum, quòd omnia prædia ciuium intelligantur tributaria, & deſeruiant pro indictione collectarum, an habens poſt modum Eccleſia ex illis teneatur ad collectas.*

36 *Argumentatio licita eſt à pacto ad ſtatutum.*

37 *Argumentum de teſtamento ad ſtatutum, valet.*

38 *Eccleſia, & clerici, an teneantur ad collectas, cum in fraudem Regiarum functionum facta eſſet per eos illorum acquiſitio.*

39 *Si in fraudem collectarum ſit facta alienatio in Eccleſiam, vel clericos, bona amittuntur.*

40 *Clerici, qui clericaliter non viuunt, collectas ſoluere debent.*

41 *Intellectus.c.Regni. Item ſtatuimus quòd clerici, qui clericaliter.*

42 *Clerici clericaliter non viuentes priuilegium clericale amittunt.*

43 *Clerici non ſeruientes in diuinis, fructus beneficiorum non lucrantur, ſed illos reſtituere tenentur.*

44 *Clericaliter viuere dicitur, qui cunctis relictis, totum ſe diuinis miniſterijs addicit.*

45 *Eccleſia, & clerici habentes temporalem aliquem vſum fructum, tenentur ad collectas.*

46 *Eccleſia, & clerici tenentes animalia in paſcuis, in quibus ciues ſoluunt, & ipſi ſoluere debent.*

47 *Eccleſia, & Clerici tenentur ad ſolutionem onerum Feudalium, quæ tenentur à Principe.*

48 *Eccleſia, & Clerici tenentur ad collectas pro refectione pontium, & viarum. nu.49.50.51.52.53.*

49 *Vnde in refectione murorum Brunduſij, Hydrunti, Tarenti, Manfredoniæ, Baroli, & Barij in Regno Neapolitano, & Carthaginis nouæ in Hiſpania, tenentur Eccleſiæ. nu. 50.51.52.53.*

52 *Princeps ſecularis non poteſt facere leges contra Eccleſias.*

54 *Quando eſt reficienda via per victnos, an teneatur Eccleſia tunc vicina.*

55 *Clerici tenentur ſoluere collectas, & gabellas pro rebus quas tenent negotiationis gratia. nu.58.*

56 *Clericis licita eſt negotiatio pro ſubſtentatione vitæ abſq; cupiditate lucri.*

57 *Nemo Deo militans immiſcet ſe negotijs ſecularibus.*

CAP. LXIII.

DVm Pharao Aegypti Rex, ſubditis per manus Ioſeph, frumenta exhibuit, deficiente † illis pecunia pro illorum emptione, dederunt pecora, & animalia; poſtmodum illis deficientibus, territoria, & perſonas; vt data ſemente, præſtarent regi de frugibus colligendis, quintam partem. Excepit autem territoria ſacerdotibus data, quos voluit eſſe immunes
1 ab illius quintæ partis ſolutione. vt latè patet Geneſ. cap.47. Sic Attaxerſes ſtatuit per medium Eſdræ Prophetæ. vt patet lib.1. Eſdræ.c.
2 7. Vobis (inquit) quoque notum † facimus de vniuerſis Sacerdotibus, & Leuitis, & Cantoribus, & Ianitoribus, Nathinneis, & miniſtris Domus Dei huius, vt vectigal, & tributum, & Annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. Ex quibus patet à principio fuiſſe Eccleſias, & Sacerdotes immunes habitos à tributorum, & collectarum ſeculariũ, ſolutione. Hoc etiam de iure communi cauetur, vt ad col
3 lectarum ſolutionem Clerici, & Eccleſiæ † minimè teneantur. Auct. Item nulla communitas. C.de Epiſc.& cler.vbi expreſsè Fridericus prohibuit Eccleſias, aliaq; pia loca, & Eccleſiaſticas perſonas, ad collectarum, vel exactionum, Angariarum, perangariarum onera, minimè co
4 gi, nec etiam ad munera † extraordinaria. vt in l.1.C.eo.tit. nec ad munera ſordida. l. Omnis à clericis. C.eod.tit.& l.Placet.C.de ſacroſanct.Eccleſ.vbi etiam dicitur: nec extraordinarium, nec ſuperindictũ ſoluere debere. Nec aliqua tributa. vt voluit Bartol. in d. l. Placet. num.59. Eccleſiæ enim, & Clerici per generalem regulam ſunt immunes ab omnibus laicorum collectis, & impoſitionibus:& ſi moniti fuerint, qui illas imponunt, vt deſiſtant,& poſt monitionem minimè deſtiterint cum omnibus fautoribus excommunicantur. cap. Non minus. vbi latè Panormitanus. de Immun.Eccleſ. Alex. in conſil.68. volum. 2. & non ſolum, qui
5 imponunt, ſed ſcribentes, ac dantes, † conſilium, auxiliũ, & fauorem, ipſo facto in canonem incidunt. vt in Clem.1. de Immun. Eccleſ. &
6 etiam Ciuitas † incurrit pœnam interdicti. ca. Clericis. de Immun.Eccleſ.in 6. & cap. Quam-
7 quam de cenſib. in 6. cum vniuerſitates † excommunicari nequeant. c.Romana. §. Vniuerſitatem. de ſent.excom. in 6. nouiſſimè Ludou. Carbon.de legib.lib.9.cap.14.

Regià Curia tamen in Regno Neapolitano
8 cogit Clericos ad collectarum † ſolutionem ſi fuerint Clerici coniugati, vigore Pragmaticæ Regis Ferdinandi† Primi. Incip. Nuper ad Maieſtatem noſtram: factæ 24. Maij 1469. ibi: Noſtri Conſilij matura deliberatione, mandamus, quatenus dictarum prouinciarum ſingulos clericos coniugatos, cogatis, & compelli mandetis, & faciatis, ꝙ in collectis omnibus,& Fiſcalibus functionibus, cæterisq; oneribus, vniuerſitatum, ciuitatum, terrarum, & locorum dictarum Prouinciarum quomodolibet imminentibus, contribuant. Hoc etiam cauetur de iure
9 communi. vt per Abbatem antiquum. in c. Ex parte. ext. de cleric. coniugat. Hi enim clerici coniugati, non ſunt priuilegiati, niſi quoad forum, vt ad iudicium ſeculare non trahantur.
10 Et quando quis† in eos violentas manus iniecerit, in canonẽ excommunicationis incidat. cap. Si quis ſuadente. 17. q.4. & hoc idem dicit eadem Pragmatica. & notatur in c. Vnico. de cler.coniugãt. in 6. à quo ſumpta fuit eadẽ pragmatica. hoc idẽ voluit Marc. Ant. Cucch. Inſtit.Canonic. maior. lib.3. tit.9. num.30. dicens. Quare citra excommunicationem quidem, manus in eum inijci non poteſt, vt diximus, neq; à Iudice laico diſtringi, aut iudicari, ſi in habitu, & tonſura incedat; In cæteris vero, priuilegium nullum ſentit. voluit ante ipſum Iulius Ferret. de Publican. vectigal.& munerib. num.531. ante ipſos Speculat. in tit. de cleric. coniug. in fin. faciunt notata per Lapum in allegat.118. Incip. Quæritur. in fin. vbi de clericis coniugatis verba faciẽs, dicit, quia imponuntur collectæ,& diſtringuntur bona ad ipſas ſoluendas. Ioan.de Vanquel in dicto c. Vnico, concluſ.2. de cler.coniug. in 6. vbi poſtquã

in

in prima concluſione enumerauit priuilegia clericorum non coniugatorum; In ſecunda dicit coniugatos gaudere ſolum illis duobus priuilegijs, concurrentibus tamē neceſſarijs; alijs
11 autem † omnibus minimè. Angel. de Clauaſ. in ſumma in §. Clericus. 14. nu. 3. Panor. in c. fin. nu. 8. de vit. & honeſt. clericor. Ioan. de Firmo de Gabell. par. 7. col. 5. verſ. Item verum. Guid. Pap. in Deciſ. 83. in fin. ibi: Addentes. Ioannes de Amicis in conſil. 146. nu. 3. Petr. Duen. Regul. 100. limitat. 10. & dixi ad Bellugam in ſpecul. Princip. Rub. 11. §. Videamus. in verb. Coniugati. vbi latè. quem locum refert Petrus Cenedo in Collectan. iuris canonici. parte 2. Collectan. 105. nu. 4. in fin. & dixi latiſſimè ad eandem pragmaticam in Commentarijs.

Secundò coguntur clerici ad ſolutionem collectarum, pro bonis emptis, & donatis, maximè dum ſimilia bona, donata, vel empta ab Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis, fuiſſent per
12 prius collectis, & tributis Regijs † obnoxia, atq; obligata. arg. c. Eccleſiæ. c. Quicunq; 16. q. 1. vbi Eccleſiæ antiquæ, iura Decimarum, atq; aliorum debitorum minimè perdūt, ob tranſlationem in nouas Eccleſias factam. vt habetur in c. Cum contingat. in c. Nuper. extr. de Decim. c. 1. in fin. de pignorib. qui enim vendit, aut donat Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis perſonis,
13 † cenſetur donare, ac vendere illa iura, quæ ipſe habet, & cum eodem onere annexo. l. Qui tabernas. ff. de contrah. empt. ſed cum nulli ſit dubium, quòd dum bona ſunt penes laicos, Re-
14 gi † pro illis tributa, & collectas perſoluunt. l. 1. vbi gloſſ. C. In quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contr. l. 1. in fin. vbi gloſ. Si propt. pub. penſitat. Bal. in Pace Conſtantiæ. in verb. Nos Romanorum. Paul. de Caſtr. in l. apud Iulianū. §. Hæ res. ff. de leg. 1. Barthol. Socin. in conſil. 343. colum. fin. volum. 2. Angel. in conſil. 106. inter ordinamenta. colum. 1. Idcirco dum penes Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas tran-
15 ſeunt, cum annexis iuribus, atq; ſolitis † oneribus per trāſibunt. Bald. in conſil. 148. Præmiſſo ſtatuto. vol. 1. Bona enim ſemel in collectis
16 aſcripta, cum eodē onere † ad Eccleſias tranſferuntur. Archidiac. in c. Si tributum. 11. q. 1. Dyn. Iacob. Butrigar. & Salycet. in l. Placet. C. de ſacroſ. Eccleſ. Cald. in conſil. 2. de cenſib. & in conſ. 7. de conſtit. Alex. in conſ. 130. col. 4. vol. 2. Card. in Cle. 1. oppoſ. 2. de immunit. Eccleſ. Iaſon. in Conſil. 83. col. 1. vol. 3. Iulius Ferrett. de Publican. vectigal. munerib. & onerib. nu. 560. Trāſeunt etiam cum omnibus ſuis vitijs. l. Pomponius. §. Cum quis. ff. de acquir. poſſeſſ. l. fin. C. de exactor. trib. lib. 10. Vbi ſi prædia fiſcalibus functionibus obnoxia, domui Imperiali, Eccleſiæ, vel locis, aut perſonis, alia prærogatiua munitis alienentur, vt tributarijs functionibus ſit conſultum, publicè vendi debent facta prius ablatione. Eccleſia verò, aut Eccleſiaſtica perſona, ſi ignorantes, oneri ſubmiſſam, emant, vel recipiant, contra vēdentes,
17 aut dantes † agere pro intereſſe non prohibentur. vt in §. Si verò quidam. Auct. de alien. & emphiteoſi. l. Vnica. §. Res verò. C. de impon. lucr. deſcript. lib. 10. Si verò ſcientes id fecerint, ſibi imputent; cum ſcienti nulla fiat
18 † iniuria. cap. Scienti. de Regul. iur. in 6. Vnde Io. Andr. in cap. 1. de Immunit. Eccleſ. in 6. dicit: quòd ſi Eccleſia acquirat poſſeſſionem, quæ pro ſolido, & libra, ſit affecta collecta, & tranſit cum onere ſuo; quia eſt onus reale, ad
19 quod tenetur † Eccleſia, & perſona Eccleſiaſtica. vt voluit ibi gloſſ. in verb. Bonorum. Sequuntur ibidem Philipp. Franc. & Io. de Vanquel in breuiario. Quinimmo Innoc. in d. cap. Non minus. de Immunit. Eccleſ. dicit: & ſi Eccleſia acquirat poſſeſſionem, ob quam præſtatur munus
20 perſonale, ſeu militare, puta † hoſpitium, etiā per Eccleſiam præſtandum erit. Ang. in d. conſ. 206. col. 1. dicens, & facta impoſitione tributi, vel collectæ pro tribus annis, & tunc temporis viuebat teſtator, qui moriēs hoſpitale reliquit hæredem, & Hoſpitale tenebitur. Simile eſt in c. Si tributum. & in c. Magnum. 11. q. 1. vbi dicitur, Eccleſiam teneri ad tributum de poſſeſ-
21 ſionibus † tributarijs. & habetur in c. Tributū. 23. q. 8. Felyn. in ca. Meminimus. col. 2. in fin. de Accuſat. Exceptis prædijs, in quibus fundata
22 eſſet Eccleſia, quæ ſunt † libera. ca. Secundum. vbi Gloſſ. & cap. ſeq. vbi gloſſ. 23. q. 8. Hinc Præpoſit. in d. c. Si tributum. col. 2. dicit, non eſſe dicendum, quòd Eccleſia, quæ eſt mater, & fons iuſtitiæ, velit negare ſoluere tributū, & auferre debitum, cui debetur. quod corroboratur ex dicto Chriſti, dum inquit; reddendū eſſe, quod Cæſaris, Cæſari; quod Dei, Deo. Matth. cap. 22. Vnde Apoſtolus Paulus ad Romanos. cap. 13. dicit, eſſe reddendum omnibus debitum, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Cum non ſit à iure extraneum, vt pro rebus collectis, & tributo affectis, Eccleſia, & Clerici te-
23 neantur. Hinc Eccleſiam teneri ad onera † ordinaria, merè realia, quę de conſenſu Principis ponuntur, tenuerunt Bart. Saly c. & Iaſ. in l. Placet. C. de ſacroſ. Eccleſ. & ante eos Archidiac. in c. Placet. 16. q. 2. vbi memoria tenendum eſt, quod dixit Iaſ. in d. l. Placet. eam legem nōn eſſe correctam per auct. Item nulla communitas. cum d. l. Placet. ſit in canonem redacta, & Canonizata in d. ca. Placet. 16. q. 2. & d. auct. Item nulla communitas. loquitur in tributis, & impoſitionibus extraordinarijs.

Et vltra præfatos iam ſupra allegatos, hoc idem voluerunt Ioannes Arcamonus in c. Regni. Itē ſtatuimus, quòd clerici. vbi dicit, quòd
24 ſi prædium † Tributarium donatur Eccleſiæ, tenebitur ad tributū. Matth. de Afflict. in Conſtit. Regni. Hac edictali. la ſeconda. Notab. 2.

nu. 5.

nu.5. verſic.Sic etiam.quo in loco tenuit,quòd ſi bona, quæ ſunt ſcripta in Cataſto pro collectis,emantur per Clericos, tenebuntur clerici pro illis ſoluere collectas Regias. Idē Afflict. in Conſt.Statuimus.la 2.n. 16.Sic etiam tenuit Petr. Piccollus in forma appretij.in verb. Clerici. vbi dicit, quòd clerici de bonis patrimonialibus,nō debent ſoluere appretiū,ſed de bo
35 nis emptis ſic. † Et Luc.de Penn. in l.Hi,qui, col.2.C.de Præd.& omnib.reb. Nauicul.lib.10. Hoc etiā expeditū eſt in Regno per Regē Ca-
36 rolū II.in c. Regni.†Itē ſtatuimus,ꝙ poſſeſſiones.vbi dicitur:Itē ſtatuimus,ꝙ poſſeſsiones q̄ nō ſunt Curiæ,vel alijs obligatæ,poſſint à quibuſcunq; dari, donari,vel obligari, alias legari Eccleſijs, dum modo ædem poſſeſſiones, vel res, curiæ non teneantur in aliquo. Si verò talis obligatio fuerit, propter quam datio, legatio, vel donatio impediri non poſsit; tunc res, vel poſſeſsi ones ipſæ,præfatis titulis,cum ſuo onere ad Eccleſias transferantur. Hoc idē
37 cauetur † per Pragmaticam Regis Ferdinandi factam in anno 1473. die 3. Martij. Sub Rubr. de cleric. & Diacon. Siluat. qua dicitur; quòd teneantur ſoluere clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ,ſicut prius fiebat ſolutio à venditoribus. Et quatenus opponeretur;Iſtud prouiſum eſſe à Principibus ſecularibus,qui leges in clericorum, atq; Eccleſiarum præiudicium facere nequeunt. Reſpondetur, hoc idem cautum eſſe in Regno per Conſtitutionem Honorij Papæ
38 I.Incip.Honorius ſeruus ſeruorum Dei. † Ad perpetuam memoriam. Dilectus filius.quæ eſt inſerta in Pragmatica Regis Ferdinandi Incip.
39 Ferdinandus,Fœlicis memoriæ † Carolus,quæ eſt.2. ſub titul.de Cleric.& diacon.Saluat.§.8. In quo dicitur. Item, quòd res & poſſeſsiones, quæ non ſunt in aliquo curiæ, vel alijs obligatæ,donari poſsint Eccleſiijs,& legari; ſed ſi ea obligatione tenentur, propter quam datio,& legatio, & donatio de iure impediri poſsit; hoc caſu res, & poſſeſsiones huiuſmodi, prædictis titulis, cum onere ſuo ad eccleſias trāſferant. Anton. Capicius in inueſtitur. Feudal. §. Feudorum clauſulæ. in verb. Collectis.verſ. Clerici.fol.222. Io. Mauritius in repetit.l.Vnicæ.col.49. verſ. Vt quid in patrimonialibus.C. de Mulierib. & in quo loc. muner. ſub lib. 10. Petr.Duenna in Regul.100.limitation.2.& Foller.in Conſt.Prædeceſſorum noſtrorum. nu.6. cum duobus ſeqq.Ex quibus videtur Magiſtratus Regios rectè agere, dum illos cogunt pro bonis emptis,& donatis ad collectarum ſolutionem. Quas leges,& ſi laicas ſeruare debēt, vti ab Honorio Pontifice, probatas.

Sunt autem non modica iura, & authoritates, quibus contraria opinio fulciri poſſet, ꝙ immo Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ, nec
30 pro bonis emptis,nec † pro donatis, teneantur cum ſecularibus, & laicis ad Regias collectas ſoluendas.vt tenuerunt Nicol.de Neapoli, & Sebaſtian. Napodanus in d.c.Regni.Item ſtatuimus. Quam opinionem ego latius proſequutus ſum in conſil.74. per totum. Centur.1. in qua ad Clericorum fauorem conſului.Hanc tenuerunt Archidiacon.Io.Andreas,Gemin.& Philipp.Franc.in d.c.1.de immunitat.Eccleſiæ. in 6.Bartol. in conſil.180. & in l. Reſcripto.§. Sciendum.ff. de Munerib.& honor. Anton.de Butr. & Ioan.de Imola in cap.fin.de vit.& honeſtat.cler.Luc.de Pen.in l.Obſiſtere.C.de Anon.& tribut.lib.10.

Tenendo autem, quòd Eccleſiæ, & clerici teneantur in caſu prædicto: declarari poteſt, procedere quotieſcunq; prædium, vel poſſeſſio,quæ ad eos perueniunt,eſſent antea affectæ oneri tributi, & collectarum,& ſic regiſtratæ,
31 quod onus ſit vniforme,& non variabile, †ſed perpetuo ſimile. vt voluit Abb. Panorm. in d. cap.fin.num.12. verſ. Tertia opinio. de vit. & honeſtat. cleric. & in d. cap. Non minus. col. 3. de immunit. Eccleſ. Iaſ. in d. l. Placet. in 2. lectura. nu.7.verſ. Secundo præmitto.C.de ſacroſ. Eccleſ.Felyn.in cap.Verum in fin.de for. compet. Guid.Pap.in deciſ.Gratianop.79. An clerici.Petr.Duen. in dicta Regul.100.limit.6. Angel. in conſil.24.Foller.in dicta Cōſtit.Prædeceſſorum. nu.6.

Secundò declara procedere cum fortè inter venditorem, aut donantem,emptorem,& do-
32 natarium,eſſet conuentum de ſoluendis †collectis per clericum emptorem, vel donatariū: tūc enim de eiſdem bonis,donatis, vel emptis tenebuntur clerici.Innoc.in d.c.Verum de for. comp. Ioan.Andr. in d. cap. Non minus. col.2. verſ. Sed ne tunc. de immunit. Eccleſ.Bald. in l. Neminem.C.de ſacroſ. Eccleſ.& in auct. Sed periculum. C. Sine cenſ.vel reliq. Ioan.de Firmo.in tract.de Gabell. par.7. col.6. Aſteſan. in ſumma lib.6. tit.30.c.4.col.3. Feſtaſ.de Æſtim. par.4.cap. 2. nu.31. Nicol.Bellon.in conſil.40. nu.4. Petr. Duen. Regul.100.Fall.6.

Tertiò declara,(& ſimilis eſt quodammodo cum præcedenti) procedere ſimiliter in teſtatore legante, puta aliquod prædium,alicui Eccleſiæ, vel clerico, cum conditione appoſita, quòd Eccleſia, vel clericus ſoluant collectas:
33 †quia tunc tenebuntur. vt voluit Petr. de Anchar. in conſil.217. Dubium facit. Felyn. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu.84. de conſtit. Licitum eſt enim cuiq; priuato leganti,aut donanti res ſuas, imponere conditiones, & onera,
34 quæ ſibi videntur,& Eccleſia † donataria, vel legataria tenebitur obſeruare.arg.c.Verum de Condit. appoſit.in tm̄,ꝙ trāſlatis in Eccleſiam vel Eccleſiaſticam perſonam, bonis,cū illa conditione; ſi onera non ſoluantur,licitum eſt laico, authoritate propria, capere. vt tenuerunt Hoſtienſ. & Ioan. Andr.in d.c.Verum. de for. compet. Anchar. in d.conſil.217. Felyn. in d.

c.Ec-

ē. Eccleſia ſanctæ Mariæ.nu.84. Multæ aliæ declarationes, videri poſſunt apud ſupra allegatos,quas omittimus.

Ex ijs duabus nouiſſimis declarationibus, patet,verum dixiſſe Barrtol. in d.l. Reſcripto. §.Sciendum.nu.3.ff. de Mune & honor.vbi dat cautelam, quòd fiat ſtatutum,vt omnia prædia
55 ciuium intelligantur † tributaria,& deſeruiãt indicendarum collectarum cauſa. Rectè itaq; aſſeruit ſic factum fuiſſe Peruſij; & in Ciuitate Eugubij fuiſſe melius factum; quia omnes Ciues donauerunt omnia prædia Ciuitati, quæ illa taxauit pro collectis,& conceſsit. Nec benè in eum inſiluiſſe Bald. in d.l. Placet. & in l. fin. C. Sin. cenſ. vel reliq. Panorm. in cap. fin. de vita, & honeſtat. cleric. Card.in c.Perpendimus.col.30. de ſentent. excomunic. Thom. Parpalia in d.l.Placet.nu.77.quia ex dictis Doctorum, in ſupra dictis duabus proximis declarationibus, patet, poſſe fieri per ſtatutum. Et tanto plus,quando in ſtatuto non exprimeretur Eccleſiæ, vel clerici.Cum enim per expreſſum pactum poſſit fieri per contractum, vt eccleſia,vel clerici ſoluant collectas; & ſic etiam per diſpoſitionem teſtamẽtariam, tantum abeſt, vt fieri valeat per ſtatutum; licita eſt enim
36 argumentatio à pacto ad ſtatutum. † l. fin.C. de Fideiuſ. cum ſimil.Gloſſ. in Rubr.C.de Decret. Decur.lib. 10. Florian.de ſanct. Petr. in l. Si ædes. in princip.ff. de ſeruitut. Vrban.præd. Alexand. ad Bartol.in l.Omnes populi. ſub q. 4.ff. de iuſt. & iur. Curti. iunior.in conſil.122. nu.10. Alexand. in conſil.50. vol.5. Deci. in l. Nec ex prætorio.ff. de Regul. iur. Marian.Nepos in conſil.25.nu.21.vol.1.Maxill.in conſuetudin.Bari in Procem.nu.135.Menoch. in conſ. 4.nu.32. vol.1. & Fab. Turrett. in conſil. 5.nu. 33.vol.1. Sic etiam de teſtamento ad ſtatutum
37 valet † argumentum. vt poſt Bald.voluit etiã Franciſc. Veggius. in conſil. 63. nu.35. vol.1. Marian. iun. in, d. conſil. 15. nu.21. vol.1. Vnde quemadmodum fieri poteſt per pactum, & teſtamentum, ſimiliter, & fiet per ſtatutum.Vnde rectè dixerat Bartol. quod, & tenuit Angelus in conſil.23.Nulla perſona.& eundem Bartol. ab impugnantibus vindicauit Io. Maurit. in Rep.l.Vnicæ.col.61.verſ.Sed bonè Iuppiter C.de mulier. & in quo loc. mun. ſub lib. 10. & antea Bald.in conſil.280. præmiſſo.volum.1. & Barthol. Socin. in conſil.12.vol.4.Curti.Iun.in conſil.68.vol.4.Andr. Barbat.in conſil.1.vol.3. Deci.in dicto c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu.68. de Conſtit. qui ſimiliter reſpõdet obiectis contra Bart. Ego tamen id, omniaque Sanctæ Eccleſiæ iudicio, remitto.

Tertiò principaliter Magiſtratus Regij faciunt,quòd Eccleſiæ, & clerici ſoluant, quando poſſeſſiones,& bona, eſſent in illis tranſlata in fraudem collectarum, ac onerum Regiarum
38 † functionum.l.Sacroſancta.l. Sub prætextu.C. de ſacroſ. eccleſ. Bartol. in d.conſil. 180. antè ipſum Speculat. in tit. de cleric. coniugat.col. fin. verſ. Sed quid ſi fratres. vbi ponit modum probandi fraudẽ.Quinimmo in caſu iſto, fraude detecta, teneri ad bonorum amiſſionem Fi-
39 ſco† applicandam.voluit Luc. de Penna in l.fi. in fi.C.de Annon.& tribut.lib.10. Duen.regul. 100.Fall.6. Vidi multoties Patres donare filijs clericis, ac fratres fratribus, & eo modo curiam Regiam nituntur fraudare,ac vniuerſitates: & ſic fraudare fiſcum procurant in vita,& dum clerici moriũtur Fiſcus Apoſtolicus prætendẽs bona, excluditur ab hæredibus eodem collirio:& ſic in vita fraudatur Fiſcus,in morte fraudatur Chriſtus.

Quartò, Curia Regia,clericos,qui clericali-
40 ter non viuunt ad collectarum ſolutionẽ† co-
41 git.per c.Regis Caroli II. incip. Item † ſtatuimus,q; clerici,qui clericaliter.vbi volũt Io. Arcamon.Nicolaus de Neap. & Sebaſtian.Napodanus. & habetur in Bulla eiuſdem Papæ Honorij.§.7.Anton.Capic. in inueſtitur.Feudal.§. Feudorum clauſulæ.in verb.Collectis.verſ.Clerici.fol.222.amittunt enim iſto caſu priuilegiũ
42 † clericale.l. Si qua per calumn.l.Generaliter. C.de Epiſcop. & cleric. l.1.C.de Hæretic. Qui enim non ſeruiunt in diuinis,non debent fructus beneficiorum lucrari,& ad illorum reſtitu-
43 tionem † tenentur tamquam indigni.Vt dicit Bald.in l.1. in princip.C.de His quib. vt in dignis.cap fin.vbi Gemin.de reſcript.in 6.cap.1. Vbi Ioan.Calder.de Cælebrat.miſſ. cap. Si Canonici.§. Scitum.vbi Gemin. de offic.ordin. in 6. Petr. de Ancharan. in conſil.228. primo inquirendum eſt.Iaſon.in l.Scriniarios.C.de Teſtam.milit.Philipp.Franc. in cap.Commiſſa. §. Porrò.de elect. in 6. dicitur autem clericaliter
44 viuere,qui cunctis relictis, totum † ſe diuinis miniſterijs addicit. Nicol. de Neapoli. in d. c. Item ſtatuimus.

Quintò cogit curia, & clericos, & Eccleſias ad collectarum ſolutionem, quando eiſdem temporariè aliquis vſus fructus relictus eſſet,
45 † authoritate Angel. in conſil.206. Inter ordinamenta. Felyn. in d.c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. nu.86.& in c.Verum.col.fi.verſ. Limita primo. de for. comp.

Sextò eaſdem Eccleſias, & clericos cogit ad ſolutionem collectarum, quas laici exigunt
46 inter ſe pro animalibus, quæ immittunt † in paſcuis aliquibus, ſi fortè Eccleſia, & aliquæ perſonæ Eccleſiaſticæ vellent eis vti. Abb. Panor.in conſ.6. Caſus ſuper quo quæritur. vol. 1. Iaſ. in d.l.Placet. in 1.lectura.num.19.in fin. & in 2.lectura.nu.25. Nicol. Feſtaſ.de Æſtimo. par.4.cap.1. num.49.

Septimò Magiſtratus Regij cogunt clericos ad ſolutionem onerum feudalium, quæ tenen-
47 tur† à Principe.vt per Hoſti. in ſumma tit. de immunit. Eccleſ. § A quibus. col.5. verſ.Item

hæc

hæc vera. Aſteſan. in ſumm. lib. 6. tit. 30. artic. 4. col. pen. Philipp. Franc. in d. c. 1. col. 1. de immunit. Eccleſ. in 6. Ioan. Fabri in d. l. Placet. nu. 8. Frãciſc. de Platea in tract. de excomunic. §. 36. nu. 6. Carol. de Graſſalio Regal. Franciæ. lib. 2. Iur. 11.

Octauò tenentur clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ ad ſolutionem onerũ pro refectione pon
48 tium, & viarum: tunc enim † tendit ad vtilitatem ipſorum, & ad pietatem aliorum: vnde ſi eſt impoſita collecta pro caſibus iam dictis, Eccleſiæ, & clerici tenebũtur. l. Ad inſtructiones. vbi hoc voluerunt Iacob. Butrigar. Bald, & Salycet. C. de ſacroſ. eccleſ. Azo in ſumma tit. de operib. public. in princip. & in ſumma C. quib. munerib. vel præſtat. nem. lic. ſe excuſ. & C. de immunitat. Nemin. conced. lib. 10. Anton. Capic. in inueſt. feudal. §. Feudorum clauſulæ. in verb. Collectis. verſic. Clerici. fol. 222. Io. Maurit. in Rep. d. l. Vnicæ. col. 65. C. de mulier. & in quo loc. mun. ſub lib. 10. verſ. A quo tamen. Ioan. de Amic. in conſil. 146. nu. 5. Tho. Grammat. in deciſ. Neap. 100. nu. 26. Iul. Ferrett. in tract. de publican. & vectigal. nu. 570. & ſeq. Va
46 de in refectione Murorum † Brũduſij, Hydrunti, Tarenti, Manfredoniæ, Baroli, Barij in Regno Neapolitano, & Carthaginis nouæ in Hiſpania, teneri Eccleſias, voluit Alphonſ. Aluarez in Specul. Roman. Pontific. cap. 63. col. 4. verſ. Sed in refectione. Petr. Duen. regul. 100. Falle. 16. M. Anton. Natta in conſil. 280. in fin. & in conſil. 311. nu. 4. vol. 2. Franciſcus Viuius in commun. opin. 42. lib. 2. Ripa in ttact. de peſte. tit. de remed. ad conſeru. vbert. num. 234. & in l. Si ſe non obtulit. num. 31. ff. de re iud. & reſponſ. 20. num. 5. cum pluribus ſeq. lib. 2. Benedict. Capra in regul. 96. nu. 69. Cornel. Benicas. de priuileg. paupertat. quæſt. 9. Speciali. 6. nu. 21. Franciſc. Gratian. in Compend. iuris Canonici. parte 3. diſtinct. 4. num. 118. & complures alios optimè cumulans nouiſſimè Petrus Cenedo in Collectan. iuris Canonici 37. nu. 2. parte 1. Barthol. Cæpoll. de ſeruit. Vrban. pred. tit. de refectione. col. fin. verſ. Decimo tertio. vbi inquit, quòd eccleſia, & clerici tenentur ad reparationem murorum, & fortaliciorum, pon
50 tium, † viarum, portarum, & aquæductus Ciuitatis, & ſimilium, arg. l. Ad portus. C. de oper. pub. Bald. in l. Si pendentes. in 2. lect. ff. de vſufruct. Ioan. Petr. Ferrar. in pract. in libell. 1. in Gloſſ. in verb. Iure dominij, vel quaſi. col. fin. Luc. de Pen. in l. Cum ad fœliciſſimam. colum. 1. cum multis ſeq. C. quib. munerib. vel præſtat. lib. 10. Vbi latiſſimè diſputat, reſpondens ad motiua contraria. & Hoſtienſ. in ſumm. in tit. de immunit. eccleſ. §. A quibus. colum. 5. verſ. Hæc vero. cum ſeq. Petr. de Anchar. in dicto c. Non minus. Alber. de Roſat. in dicta l. Ad inſtructiones. Richard. de Media Villa in quolibet 2. quæſt. 30. artic. 4. quem refert, & ſequitur Aſteſan. vbi ſupra articul. 4. Vbi dicit exigi neceſſitatem, & quod clerici ſint diuites. Iacob. de Aren. Bald. & Lambertin. de Ramponib. in d. l. Ad inſtructiones. Vbi dicunt, teneri Eccleſiam, dum modo muri Ciuitatum fierẽt ad ne-
51 ceſſitatem † ob timorem guerræ, ſecus ſi fierent ad ornatũ. Sequitur Duen. in dicta Regul. 100. Fall. 16. Quo caſu clerici per Epiſcopum, non autem per Iudicem temporalem cogerentur. Bald. in dicta l. Ad inſtructiones. Guid. Papæ in deciſ. 78. An eccleſia.

Non deſunt autem nonnulli, qui tenuerunt contrarium: eccleſias minimè teneri, nec pro refectione murorum, viarum, & pontium, & l. Ad inſtructiones, fuiſſe factam à Principe laico, qui ſtatuere † non poterat contra Eccleſias,
52 & Eccleſiaſticas perſonas, niſi fuiſſet probata per Summum Pontificem. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de Conſt. c. Benequidem. 95. diſtinct. & voluit Ioan. Andr. in dicto cap. Non minus. col. fi. dicens, quòd nulla lex, nec Digeſtorum, nec Codicis, nec Authenticorum, potuit ligare eccleſias. ſequitur Abb. Panor. in conſil. 3. Videtur, & in conſ. 30. Caſus, ſuper quo. vol. 1. Andr. Barbat. in conſil. 1. volum. 3. Corn. in conſil. 72. col. pen. vol. 4. Sylueſt. de Prier. in ſumma. §. Immunitas 1. col. 12. in princip. Vbi inquit, hanc eſſe cõmunem Canoniſtarũ opinionem. Omittam plures alios, huius opinionis aſſertores.

Tenendo autem primam opinionẽ vti communiorem, declara illam primo, tunc procedere, & eccleſias, ac clericos teneri ad reparatio
53 nem murorum, † quando vrgeret neceſſitatis cauſa ob guerram, vel obſidionem Ciuitatis, vnde timeretur depopulatio, homicidia, & deprædationes: eo enim caſu clerici tenebuntur, & Eccleſiæ, maximè pro ſoluendis ſtipendijs militum conductorum ad cuſtodiam Ciuitatis. vt ſupra retuli ex Iacob. Butrigar. Bal. & Lambertin. de Ramp. in dicta l. Ad inſtructiones. vbi etiam hoc voluerunt Iacob. de Aren. & Cyn. idem voluit Iacob. Aluarot. in cap. 1. §. Illicitas. num. 2. de pac. iur. firm. & aſſeruit ſic factum fuiſſe in Ciuitate Gratianopoli Guid. Pap. in Deciſ. alleg. 74. Corn. in d. conſil. 72. nu. 16. vol. 4. Nicolaus Feſtaſ. de Æſtim. par. 4. cap. 1. nu. 25. vbi allegat Caſtrenſ. in conſ. 423. ex puncto. nu. 4. vol. 2. Duen. in dicta Regul. 100. fall. 12. & Auguſtin. Berous in conſil. 31. nu. 25. vol. 1. Marc. Mantua Dialog. De narrat. claſſe 7. cap. 26. num. 3.

Secundò declara, vbi eſſet annexum onus rei; puta, quia diceret, vnum quemq; teneri reficere viam, quatenus protendit domus ſua:
54 tunc enim † Eccleſia tenebitur. l. fin. ff. de via refic. Bartol. in d. l. Ad inſtructiones, & Sylueſter Prier. in d. §. Immunitas 1. poſt Panor. in d. c. Non minus. de immunit. Eccleſ. Ioan. Mauritius in d. l. Vnica. col. 70. verſ. Qua igitur ratione. C. de Mulierib. & in quo loc. lib. 10. Quo

vero

verò ad pontes, & muros, dicendum eſt, vt ſupra.

Nonò principaliter, coguntur clerici ſoluere collectas, & gabellas, pro rebus negotiationis, ac vſus mercimonij: Clerici enim negotiatores † tenentur ad collectas pro illis rebus, vt dicit Specul. de immunit. eccleſ. in fin. Negotiatio enim clericis eſt interdicta, cum illos à diuinis miniſterijs abſtrahat. c. Quamquàm. de cenſibus. in 6. cap. fin. de vita, & honeſtat. cleric. & habetur 14. quæſt. 4. in ſumma, & in cap. Negotiatorem 88. diſtin. Archidiac. Ioan. Andr. Geminian. Philipp. Franc. & alij. in dicto cap. Quamquàm. Frideric. de Senis. in conſil. 207. Iul. Ferrett. de publican. & vectigal. num. 571. Andr. Tiraquell. in retractu conſanguin §. 32. Gloſ. vnica. num. 80. Gregor. Lopez in l. 50. tit. 6. partita prima. Ferdinand. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 10. ſub nu. 648. Auguſtinus Berous. in conſil. 168. num. 8. volum. 1. Io. Franciſc. Pauin. de viſitat. parte 1. q. 8. verſ. Attendendum eſt. Io. de Firmo de gabell. part. 7. quæſt. 6. num. 11. Panor. in conſil. 6. volum. 1. Clericus enim negotiator, vt peſtis eſt fugiendus. d. c. Negotiatorem 88. diſtinct. Io. Andr. in
56 dicto c. Quamquàm. Quando nō eſt † negotiatio pro ſubſtentatione vitæ, ſed lucri, & cupiditatis cauſa, quod eſt illicitū. c. dilecti. Vbi Bernard. & Innoc. extr. de decim. vel ob curam orphanorum, pupillorum, viduarū, vel cauſarum ſimilium. de quibus D. Tho. de Aquin. in 2. 2. q. 187. §. Ad ſecundum, dicens hæc verba. Dicitur in decretis, decreuit hæc ſancta Synodus nullū deinceps clericum, aut poſſeſſiones cōducere, aut negotijs ſecularibus ſe permiſcere, niſi propter curam pupillorum, aut orphanorum, aut viduarum, aut ſi fortè Epiſcopus Ciuitatis, Eccleſiaſticarum rerū ſolicitudinem, eum habere præcipiat. vbi Cardinal. Caietan. proſequitur. quos refert Gulielmus Redoanus de ſpolijs ec cleſiaſtic. q. 2. num. 43. 45. Latè Iacob. Philipp. Port. in conſil. 16. num. 19. cum pluribus ſeq. Martin. Nauar. in conſil. 5. num. 1. titul. de depoſi. Petr. Foller. in Conſt. Regni. De perſonis.
57 ſub num. 7. Nemo enim Deo militans † immiſcet ſe negotijs ſecularib. Apoſtol. ad Timoth. cap. 2. aliqua inducit Lelius. Zācus de priuileg. eccleſ. priuileg. 132. num. 2. & ſeq. Io. Bernard. Diaz in pract. crimin. Canon. c. 50. Vnde etiam Epiſcopus pro rebus, quas mercimonij cauſa
58 ducit, collectam, & gabellam ſoluere † tenebitur. Io. de Imol. in conſil. 184. Viſa relatione. in fin. Hinc pro rebus temporalibus teneri ſacerdotes ad tributa Regia decreuit Senatus Pariſienſis. in anno 1287. teſte Iacobo Meyero. Annalium Flandr. lib. 10.

Cætera, quæ materiam hanc concernerent, tractaui in conſil. 74 Centur. 1. hic eadem repetere, iuſtum non eſſet, vndè ad ibi ſcripta relationem haberi volo.

ARGVM. CAP. LXIV.

Prælati Feudatarij præſtant Regi iuramentum. Quot iuramentorum in feudali materia ſpecies ſint? quæ cum alijs, materiam concernentibus amplè enucleantur.

COMPENDIVM.

1 *Prælati in Regnis Catholici Regis habentes ab eo feuda, tenentur illi præſtare iuramentum fidelitatis. num. 4.*
2 *Prælati quoad feudum, quod tenent à Principe ſunt illo minores.*
3 *Prælati pro aliȳs rebus non feudalibus iuramentum præſtare non tenebuntur.*
5 *Epiſcopi iurant fidelitatem Imperatori.*
6 *Regalem ſolum reuerentiam ſibi in Epiſcopis reſeruauit Theodoricus Gothorum Rex.*
7 *Iuramentum familiaritatis quod præſtant domeſtici, & familiares Regi.*
8 *Formula iuramenti familiaritatis vbi poſita eſt.*
9 *Domeſtici, qui ſint?*
10 *Vaſſallus, an dicatur domeſticus, & admittatur pro domino.*
11 *Familiarium appellatione qui veniant? nu. 12. 13. 14.*
12 *Familiæ appellatione qui?*
15 *Caroli Borromei S. R. E. Cardinalis modeſtia cum familiaribus.*
16 *Seruum puerum appellauit Centurio.*
17 *Philippus Rex Catholicus, etiam ſubditos, familiares appellat.*
18 *Conſiliarij Principum, an familiarium appellatione contineantur.*
19 *Conſiliarij ad Principis latus ſedere debent.*
20 *Conſiliarij Summi Pontificis ſedent ad pedes.*
21 *Princeps eſt de Senatorum numero.*
22 *Iuramentum ſubditi præſtant domino, dum habitant in eius Ciuitatibus, ei ſubditis, & præſtatur ratione iuriſdictionis.*
23 *Iuramentum præſtatur ab habente bona in loco.*
24 *Iuramentū homagij, ſeu ligȳ præſtatur ſoli Principi.*
25 *Iuramentum homagij, ac ligȳ præſtans, declarat eſſe hominem illius tantum cui iuratur.*
26 *Ligius, quaſi illius, cui præſtatur, ligatus. Iuramentum fidelitatis quod?*
27 *Dominus concedens feudum cenſetur ſibi fidelitatis ſeruitium reſeruaſſe.*
28 *Vaſſallus ad iuramenti fidelitatis præſtationem tenetur.*
29 *Iuramentum aſſecurationis quod?*
30 *Intellectus Conſt. Domini à vaſſallis.*
31 *Iuramentum aſſecurationis merum doctorum ſomnium, cum ſit idem cum iuramento fidelitatis.*
32 *Argumentum à rubrica validum eſt.*
33 *Aſſecuratio eſt ſequela iuramenti, habens vim à fidelitate iurata.*
34 *Formula iuramenti homagij. nu. 37. & 38.*
35 *Ab homine libero fieri poteſt iuramentum homagij,*

quamuis videatur quædam ſeruilis ſubiectio.
36 Dominus recipiens iuramentum homagij obligatur ad illius protectionem.
39 Conſtituere quis ſe poteſt ſcriptura interueniente, aſcriptitium.
40 Seruus matrimonium non contrahit cum libera.
41 Aſcriptitij villani ſunt, & ruſticiſsimi.
42 Religioni diuinæ, quis poteſt ſe perpetuo obligari.
43 Religioni ſe dicare ſeruitium eſt.
44 Seruire Deo eſt Regnare.
45 Præſtans iuramentum homagij, libertati ſuæ præiudicium facere non cenſetur.
46 Homagium, an hominium appelletur?
47 Ligium dicitur, quia ligat ad perpetuam fidelitatem.
48 Ligium verbum, incognitum eſt de iure feudorum, ſecus de iure Canonico.
49 Ligium eſſe verbum Gallicum, quod apud Italos vaſſallagium ſignificat.
50 Ligius dicitur, quaſi legalitatem continens.
51 Homagium eſt veneratio, quam vaſſallus patrono propter beneficium acceptum, tribuit.
52 Homo ligius dicitur homo, qui præſtat homagium.
53 Intellectus Conſt. Regni. Probationum defectum.
54 Robertus Northmannus Dux Apuliæ Beati Petri vexillo à Pontifice donatus.
55 Ligius duorum Principum, quis eſſe non poteſt.
56 Ligius ſi quis duorum eſt, ſemper dicitur excepta authoritas maioris, ac primi habentis ius potentius.
57 Iuramentum homagij, ac ligij præſtatur genibus flexis coram Principe, complicatis manibus cum manibus domini.
58 Iuramenti homagij, & ligij formula præſtiti in Regno Neapolitano Ferdinando Regi.
59 Ligium à liga appellatur.
60 Ligium à liliis dici ſibi perſuaſit Forcatulus.
61 Homagij iuſiurandum pro rebus temporalibus, non autem ſpiritualibus præſtatur.
62 Homagij iuramenti effectus, quòd iurantis bona feudalia, & Burgenſatica ſunt ſub illius iuriſdictione.
63 In feudo ligio non habet locum pœnitentia.
64 Principum beneficia perpetua, & permanentia eſſe debent.
65 Feudi refutatio quando, & quibus perſonis fiat.
66 In feudo ligio fœmina ſuccedit. nu. 71. 72. 73.
67 Fœmina in feudo ligio, ſeruiet per ſubſtitutum nec ne? nu. 68.
69 Mulier armis aſſueta, an ſeruiat de perſona in bello. num. 70.
74 Feuda in Gallia ad inſtar patrimoniorum redacta ſunt. nu. 75.
76 In Regno Neapolitano, & Siculo fœminæ ſuccedunt in feudo maſculis deficientibus. nu. 77.
77 Intellectus Conſt. Regni. In aliquibus.
Intellectus Conſt. Regni. Vt de ſucceſſionibus.
78 Fœmina quando admittatur ad feudum remiſsiuè.
79 In feudo ligio ipſe ſolus Princeps, qui inueſtiuit Iudex eſt.
80 Ligium feudum nunquàm appellabitur, niſi ita in inueſtitura dicatur.
81 Iuramenti fidelitatis formula.
82 Iuramenti fidelitatis formula ex Petro de Bella pertica.
83 Iuramenti fidelitatis formula ex Rolandino.
84 Iuratuenti fidelitatis formula ex Hannetonio.
85 Iuramenti fiaelitatis formula ex Sonsbecio.
86 In iuramento fidelitatis hæc promiſſa intelliguntur ſcilicet, incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, & poſsibile.
87 Intellectus Conſt. Regni. Domini à vaſſallis.
88 Iuramentum fidelitatis ſpecies eſt ſeruitutis.
89 Iuramentum fidelitatis, an ſit perſonaliter præſtandum. & an per procuratorem præſtetur. n. 90. 91.
92 Ementes feuda in Regno Neapolitano, non tenentur præſtare iuramentum fidelitatis, ſed tãtum per per hæredes eius.
93 In iuramento fidelitatis, an ſcripturarum tactus de ſubſtantia requiratur? nu. 94. 95.
96 Prælati, & Epiſcopi non tenentur dum iurant, ſacra tangere. nu. 97.
97 Prælati, & Epiſcopi, dum præſtant iurameutum fidelitatis, iurant tactis ſacris Euangelijs.
98 Iuramentum, an præſtetur ſuper veteri, vel nouo teſtamento, ſuper altare, aut ſanctorum reliquijs. num. 99.
99 Intellectus l. Tauri 67. in Hiſpania.
In Hiſpania Prælati contrauenientes etiam iuramento homagij puniuntur, vt proditores.
100 Magnus Magiſter equitum de Alcantara iuramento contraueniens, quid paſſus fuerit?
101 Iuramentum aſſecurationis præſtatur à domeſticis, familiaribus, & habitatoribus ſub domini iuriſdictione.
102 Andreæ de Iſernia, & Iacobi Aluaroti opinio improbatur.
103 Declaratio. c. 1. Qualit. vaſſ. iurar. deb. ſecundum authorem contra Iſer. & Aluarot. nu. 110. 111.
104 Alexander Macedo ab Iola præguſtatore Antipatri filio veneno creditur extinctus, ex Aquafontis Sucyſtigis, ſiue Nonacridis, portata in vngula iumenti. nu. 105.
106 Mahometes Arabs, à domeſticis exhibito veneno, periit.
107 Carolus Caluus Rex Galliæ venenato medicamine à Sedechia medico exhibito, interijt.
108 Ratio eadem totius quoad totum, ſicuti partis quoad partem.
109 Ageſilao Lacedemoniorum Regi vitio datum, quòd claudus eſſet.
112 Mens quid eſt?
113 Mens in anima eſt, vt viſus in corpore.
114 Mens animi inſtrumentum, vt manus corpori.
115 Mens melior, & diuinior pars in anima.
116 Mentis vmbra eſt anima, & animæ vmbra corpus.
117 Mens eſt cor cordis, & anima animæ.
118 Mentis præſtantia ſecundum Ciceronem.
119 Mens velociſsimum omnium, cœlum, Maria, terras vno puncto peruolat.
120 Mens in ſummo capite conſtituta, dominatum corporis tenens.
121 Mentis opera ſoli Deo nota.

122 *Mens Dei miniſterio impletur.*
123 *Anima hominis, triade conſtat, mente, ſiue intelligentia, voluntate, & memoria.*
124 *Amatorio poculo, quem mortuũ ſcribit Ariſtoteles.*
125 *Intellectus Conſt. Regni. Poculum amatorium.*
126 *C. Caligula Imperator ex poculo amatorio à Ceſonia dato, in furorem actus.*
127 *Lucius Lucullus poculo amatorio extinctus.*
128 *Bambæ Regi Hiſpaniarum Catholiciſſimo in potu herba poſita, vt turbaretur mente ab Ardanaſio Græco.*
129 *Iuramentum aſſecurationis in Regno à Baronibus peti nequit, niſi licentia deſuper obtenta. nu.* 130.
Intellectus Conſt. Regni. Comite, vel Barone.
131 *Feudum, vel aliud à Rege habens in terra alicuius Baronis, non tenetur illi præſtare iuramentum.*
132 *Paridis Putei dictum declaratur.*
133 *Rex concedens cenſetur concedere cum iuribus ad ſe ſpectantibus.*
134 *Iuramentum fidelitatis, an præcedat inueſtituram. nu.* 135. 136. 137. 138.
139 *Inueſtitura verbalis, vel abuſiua non tribuit Feudatario poſſeſſionem, neq; vtile dominium; datur tamen authoritas capiendi poſſeſſionem propria authoritate. nu.* 140. 141. 142.
143 *Habens poſſeſſionem realem, an præferatur habenti abuſiuam.*
144 *Inueſtitura abuſiua probatur per breue teſtatum.*
145 *Breue teſtatum quid eſt? nu.* 146. 147.
148 *Inueſtitura propria dicitur poſſeſſio.* 149.
150 *Inueſtitura loco ſufficit priuilegium, aut litteræ aſſecurationis in Regno Neap. & Siculo.*
151 *Intellectus Conſt. Regni. Dignum.*
152 *Inueſtiente mortuo quo modo inueſtitura probetur.*
153 *Iuramentum fidelitatis, an remittatur?*
154 *Fidelitas non pro omni feudo præſtatur.*
155 *Fidelitas an remittatur?*
156 *Feudum dicitur à fidelitate. nu.* 157. 160. 161.
158 *Pactum quòd ob felloniam vaſſallus nõ perdat feudum, eſt inualidum.*
159 *Fidelitas baſis, & fundamentum feudi.*
162 *Feudi conceſſio contractus innominatus.*
163 *Feudum à faciendo, vel à Faida. nu.* 165.
164 *Feudum à fœdere vel à Feida. nu.* 166.
167 *Fida, & Diffida, quid?*

CAP. LXIV.

PRælati, aliæq; perſonæ eccleſiaſticæ à laicis Principibus feuda poſſidentes, vt multi ſunt in Regnis Catholici Regis, tenebũtur præ
1 ſtare eidem Regi fidelitatis † Iuramentum, vt præſtant. vt habetur in c. Nimis. de iureiurand. Vnde licet Epiſcoporum authoritas, maior ſit qualibet ſeculari. vt in c. Solitæ. de maiorit. & obed. Attamen ipſi Prælati tenentes Feuda à
2 Rege, & † ſic à Principe ſeculari, illo reſpectu, & caſu, ſunt Principe minores. c. Si Epiſcopus. vbi gloſs. fin. 18. diſtinct. & notatur in dicto c. Nimis. & ibi per gl. Quia fortè pro alijs rebus, licet temporalibus, non tũ feudalibus iuramen
3 tum præfatũ præſtare non† tenebuntur. vt poſt Innoc. in d. c. Solitæ. & Hoſtienſ. in d. c. Nimis. voluit Abb. Panor. ibi nu. 1. Idẽ Hoſtiẽſ. in c. Ex diligenti. de Simon. & in c. Veritatis. in fi. de iureiur. & poſt eum Andr. de Iſer. in c. 1. ſub nu. 2. verſ. Item nota q̃ quãdo. de noua form. fidelit. dicit, q̃ Epiſcopus antecedit Regẽ dignitate, ſed ſi habet feudum à Dño temporali laico, fa-
4 cit ei Sacramentum † fidelitatis, & homagij. Ioan. Blanchi in ſumma. tit. de ſacram. fideli. col. 3. in princip. Ioan. Thom. de Marinis de generibus, & qualitat. feud. lib. 1. titul. 15. nu. 26. ante ipſum Martin. Laudẽſ. in c. 1. nu. 16. qualit. iurar. deb. vaſſall. domin. fidelit. & ante ipſum ibidem. Andr. de Iſern. num. 10. & Aluarotus. nu. 4. qui allegat Roffred. parte 8. titul. de offic. iudic. quo ſubuẽn. cenſit. ſub Rubricella de Sacramento cuiuslib. vaſſall. ſequitur præpoſit. de ſanct. Georg. in dicto c. 1. col. 4. verſ. Quæro an clerici. Qualit. iurar. deb. vaſſ. Anton. Capic. in inueſtitur. feudal. §. Feudorum iuramenta. verſ. Eccleſia recipiens. Paris de Puteo de reintegrat. feudor. cap. 15. An ſi aliquis num. 7. fol. 157. Franciſc. Burſat. in conſil. 4. nu. 11. vol. 1. Iacobin. de ſanct. Georg. in inueſtitur. Feudal. §. Qui quidem inueſtiti. num. 7. Paris de Puteo de ſyndicat. titul. de Regum, & Princip. exceſſib. num. 14. verſ. Septimodecimo. Arnulphus Ruzeus de iure Regalior. Priuileg. 11. num. 14. Priuileg. 37. num. 1. Prinileg. 43. nu. 14.

5 Sic etiam Epiſcopi iurant fidelitatem † Imperatori. gloſ. in c. Nullus ex Eccleſiaſtico. 22. q. 5. Sic modeſtiſsimè Theodoricus Gothorum Rex (à quo Philippus Rex Catholicus per matris lineam genus ducit) in Epiſcopis ſolam ſi-
6 bi Regalem, quam † exhibere debent reuerentiam, reſeruauit. vt in cap. Concilia. §. Hinc etiam 17. diſtinct. quem ſequitur Bartholom. de Caſſæn. in Catalogo Gloriæ mundi parte 4. conſiderat. 28.

Plures tamen iuramentorũ ſpecies ego tradidi de Magiſtratuum Edict. lib. 1. c. 12. Nunc verò, faciendo auctarium, vt in hoc ordinatè procedam, hunc ordinem ſeruabo. Primò quærere, Quot ſint iuramentorũ à vaſſallis præſtandorum ſpecies, & quis illas præſtare teneatur? Secundò, quæ ſint illorum formulæ, & præſertim iuramenti fidelitatis, de quo agimus, & an præſtetur per Procuratorem? Tertiò an iuramentum fidelitatis debeat præcedere inueſtituram feudalem? Quartò, an tale fidelitatis iuramentum remitti valeat? Quintò, an ipſa fidelitas, poſſit remitti? Sextò, an fidelitatis iuſiurandum, ſit de feudalis inueſtituræ ſubſtantia?

Quoad primum, dicendum eſt, ſex eſſe iuramentorum ſpecies, quæ domino à vaſſallis, ac ſubditis præſtantur.

Prima iuramẽti ſpecies dicitur familiaritatis,
7 †quod præſtare debebunt domeſtici, & familiares Principi, ſeu Regi, licet non teneant feudũ aliquod ab eodem Principe; vt ſunt Secretarij, Cancellarij, Conſiliarij, Camerarij, Cubicularij, Pincernæ, Dapiferi, ac ſimiles. de hac
8 †Iuriſiurandi formula loquitur tex. in c. 1. §. Si verò. qualit. iurar. deb. vaſs. Dño. vbi Andr. de Iſer. Domeſtici enim dicũtur, qui in eadem domo ſunt, & nobiſcũ habitant. l. Preſenti. §. Sanè. vbi gloſ. C. de his, qui ad eccleſ. confug. l. 2. ff. ad Senat. conſ. Syllan. Bartol. & Bald. in l. Reſpiciendum. §. Furta. ff. de Pœnis. vbi appellan-
9 tur† domeſtici, ſerui, liberti, & mercenarij, qui operas ſuas locarunt. Similiter dicũtur domeſtici, viro vxor, filij, vaſſalli, mercenarij, quibus quis imperatur, ratione reuerentiæ, obedientiæ, poteſtatis Dñicæ, ac iuriſdictionis. l. Idonei. vbi gl. ff. de teſtib. Licet dubium in vaſſallo, an dicatur domeſticus, & admittatur ad teſti-
10 monium† pro Dño. de quo Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 304. Thom. Grammat. in conſil. ciuil. 12. nu. 18. Vnde Ariſtoteles Politicor. lib. 1. cap. 3. Domum, ac familiam conſtituerit conſtare, viro, vxore, liberis, ac ſeruis. Familiarium
11 † etiam appellatio, eoſdem compræhendit, quia in ijs venit paterfamilias, materfamilias, filiusfamilias, filiafamilias, nepotes, neptes, & deinceps: & familiares dicũtur, qui ex eodem ſanguine ſunt, vt Fabiorum, Corneliorum, & ſimilium: ſic ſerui, liberti, & famuli ſalariati, ac ſtipendio conuento operãtes. l. Pronunciatio. §. Familiæ. ff. de verb. ſignificat. l. fin. C. eo. titul. Vlpianus in Fragmentis, titul. 28. de poſſeſſionibus dandis. §. Inteſtati. & habetur in §. Quinto. §. Cumq; inſtit. de bonor. poſſeſſ. Baſilicon Synops. lib. 44. tit. 3. cap. 104. l. Quod ſi nobis. §. Idem pẽdius. l. Ædiles. §. Familiæ. ff. de edilit. edict. l. Qui in adoptionem. ff. de adopt. l. Deteſtatio. ff. de verb. ſignific. l. Species. ff. de aur. & argent. legat. quæ loquitur de vernis. Iuſtinianus in Nouell. 60. Hos libertos dicit Iacobus Cuiacius. obſeruat. lib. 10. cap. 17. l. Cum de. C. de donat. l. Prædia. ff. de fund. inſtruct. l. 3. l. In adulterij. C. de adulter. l. Si familia. ff. de iuriſd. omn. iud. l. Illud. ff. Ad leg. Aquil. In quibus iuribus promiſcuè rraditum eſt familiares
12 dici, ac familiæ † appellatione venire, virum, vxorem, dominium habentem, liberos, filios, filias, nepotes, neptes, libertos, ac ſeruos. de quibus omnibus eleganter ſcripſerunt, ac alia nõ parum multa Ioan. Brechæus in dicta l. Pronunciatio. §. Familiæ. Sed & elegantiſſimè ibidem Gulielmus Fornerius. & antè eos Frãciſc. Connanus Commentar. iuris ciuilis. lib. 9. cap. 1. nu. 5. Ex quibus apprimè notandum cenſeo, &
13 obiter, familiares apud antiquos† dictos etiã ſeruos; & dominos, etiam illorum intuitu, patres familias appellatos. Vnde miratur Seneca ad Lucillum lib. 6. Epiſtol. 47. dicens: Ne illud quidem videtis, quàm omnem inuidiam maiores noſtri Dominis, omnem contumeliam ſeruis detraxerint: Dominum, patrem familias appellauerint; ſeruos, (quod in mimis adhuc durat) familiares. Inſtituerunt diem feſtum, non
14 quo ſolum Domini † cum ſeruis veſcerentur, ſed quo vtique honores illis in domo gerere, ac ius dicere permiſerunt; & domum Rempublicam puſillam eſſe iudicauerunt. Quàm optimè ætate noſtra id geſſit Carolus Borromeus
15 †Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ampliſſimus, qui ſingulis hebdomadis, ſtata die cum omnibus familiaribus, nec etiam ijs omiſſis, qui infima ſeruitia gerebãt, grato animo, in eadem menſa, pijſſima, ac integerrimo affectu comedebat, & tunc non ſolum ſibi ab alijs miniſtrari nõ permittebat, quin ipſe ijs miniſtrabat, humillimos Chriſti Dñi actus imitando. Macrobius lib. Saturnalior 1. c. 11. Nam noſtri maiores (inquit) Dñis inuidiam, omnem ſeruis contumeliam detrahentes; Dominum, patrem familias: ſeruos, familiares vocauerunt. Quod refert Hotoman. in Comment. verbor. iuris. §. Familiares. & Fornerius in loco ſupra addu-
16 cto. Huc pertinet illud Centurionis, qui† appellauit, ſeruum puerum: Puer meus iacet in domo Paraliticus. & poſt modum iterum. Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. habetur Matthæi cap. 8. Ioan. cap. 4. Lucæ c. 7. Sic Philippns Rex Catholicus, appellat fami-
17 liares etiam † ſubditos, quibus, iura, priuilegia, & immunitates familiarium ſuis diplomatibus concedit. Et ſui Conſiliarij, & ſeruientes perſonæ, vti ſtipendio, aut gratitudine Principum familiæ appellatione veniunt, tamquàm
18 ad eius latus† militantes. l. Quiſquis. C. ad leg.
19 Iul. Maieſtat. Vnde ad eius latus † ſedere debent. vt dicit Bartol. in l. Iuriſperitos. ff. de excuſ. tut. Secus in Conſiliarijs Summi Pontificis,
20 qui ſedent ad pedes, & quandoque † iſti Conſiliarij Principes appellantur. l. 1. C. ſi qua. præd. poteſt. Paris de Puteo de ſyndicat. titul. de exceſs. Conſiliarior. nu. 9. & ſeq. Sunt enim
21 pars Principum: ipſe enim Princeps eſt † de Senatorum numero. l. Ius Senatorum. C. de dignit. lib. 12. Martin. Laud. de Conſiliarijs Princip. §. 1. & §. 26. Nicol. Boer. de Auth. magni Concil. ad Ioan. Montaigne. nu. 129.

Secunda iuramẽti ſpecies illa eſt, quam præſtant ſubditi ſuo Domino, dum habitant in eius Ciuitate, vel oppido eius dominio ſubie-
22 cto. & hoc † præſtatur ratione iuriſdictionis: de quo Andr. de Iſern. in c. Imperialem. §. Præterea ſi duo. nu. 46. de prohibit. feud. alien. per Frideric. ad quẽ locũ ſe refert idẽ Andr. in c. 1. nu. 4. verſ. Itẽ, & qui habitat in terra. qualit. vaſſal. iurar. deb. & in c. 1. §. Inueſtitura. ſub nu. 2. verſ. vaſſallus ergo. de noua form. fidelit. argumẽto illius textus. & idẽ voluit Hoſtiẽſ. in d. c.

Ex

Ex diligenti. de Simon. ſequitur Guid. Pap. in deciſ. Gratianop. 307. vbi dicit, hoc obſeruari feciſſe ab hominibus ſuis ſancti Albani. Bald. ante eum in l. Vnica §. Ne autem. num. 20. C. de caduc. tollen. Ant. Capic. in inueſt. feudal. §. Feudorum iuramenti 1. col. fin. verſ. Vide tamen. & in deciſ. Neapol. 9. per totum.

Tertia ſpecies iuramenti, quæ præſtatur ab hominibus, qui habẽt ibidem bona, ac res burgenſaticas: †quia præſtant iuramentum domino loci, in quo res ſitæ ſunt. Andr. de Iſern. in dicto cap. 1. §. Inueſtitura. num. 2. ſub verſ. Vaſſallus ergo. de noua form. fidelit. allegat text. in dicto cap. 1. Qualiter iurar. deb. Anton. Capic. in dicto. §. Feudorum iuramenta. colum. 3. verſ. Item omnes habentes. Sed contra Andr. tenuit Luc. de Penna. in l. Deuotum. col. 2. C. de metat. & epidim. lib. 11. Iacobin. de ſanct. Georg. in inueſtit. Feud. in verb. Qui quidem inueſtiti. num. 9.

Quarta ſpecies, eſt iuramentum homagij, ſiue ligij, quod præſtatur ſoli Principi, †videlicet Põtifici, Imperatori, Regi, ac Principi. Hoſtienſ. in dicto c. Ex diligenti. And. de Iſern. in dicto c. 1. §. Inueſtitura. ſub num. 2. verſ. Homagium verò. & plenius, quàm alibi, habetur per Specul. in tit. de feud. §. Quoniam, ſiue eſt rubricell. de homagijs, & fidelitatibus. num. 1. 4. Qui dicunt, eum qui ſimile iuſiurandum præſtiterit, fieri hominem illius ligium, cum in iuramento †huiuſmodi nemine excepto, contra omnes mundi homines, promittat: & inde dicatur Ligius, quaſi † illius, cui iuramentum præſtitum fuit, ſubditus, & ligatus. argum. text. cũ gloſs. in Clem. Paſtoralis. de re iudicat. Specul. vbi ſupra. Aluarot. in dicto c. Imperialem. §. Fi. de prohibit. Feud. alien. per Frideric. Abb. Panor. in dicto c. Ex diligenti. nu. 1. de Simon. Bald. in conſil. 291. vol. 2. Io. de Anan. in conſ. 7. col. 3. Guido Pap. in conſil. 213. & in deciſ. 309. Ioan. Berber. in viator. iur. parte 2. titul. de Feud. quæſt. 2. nu. 23. Iaſon in Prælud. Feudor. nu. 106. Capic. in inueſtit. feudal. §. Feudorum homagia. col. 1. verſ. Homagij iuramentũ. Maſuer. in pract. titul. de feud. num. 15. Barthol. de Caſſan. in conſuetud. Burgund. tit. des Fiefz. §. 3. in verb. Et homage. Ioan. Sanxon in conſuetud. Tutonenſ. Rub. Comment. Homage. artic. 1. concluſ. 23. Iacob. Menoch. in conſil. 2. nu. 14. 25. vol. 1. & inferius declarabo Ligium.

Quinta ſpecies eſt iuramentum † fidelitatis, quod à vaſſallo feudum habẽte à ſuo domino, præſtatur. de hoc habetur in dicto c. 1. Qualiter vaſſal. iur. deb. domin. & in c. 1. de form. fidelit. & in c. 1. de noua form. fidelit. Dominus enim feudum concedens, fidelitatis ſeruitium ſibi cenſetur †reſeruaſſe, & idcirco præſtãdum eſt. Andr. de Iſer. Bal. Aluarot. præpoſit. & alij in dictis c. 1. Qual. vaſſ. iur. deb. & in dicto c. 1. de forma fidel. & in d. c. 1. de noua forma fidel. Frãciſ. Aret. in conſ. 14. Corn. in cõſ. 16. in princ. vol. 1. Deci. in conſ. 11. col. 3. Martin. Laudenſ. in d. c. 1. de noua form. fidel. Capicius in dicta inueſtitura §. Feudorum iuramenta. col. 2. verſ. Iurare debent fidelitatem dño terræ, in primis Feuda ab eo tenentes. Iacob. de S. Georg. in inueſtit. Feud. §. Qui quidem inueſtiti. num. 1. Io. Berber. in viator. iuris tit. de feud. nu. 39. Maſuer. in d. tit. de feud. ſub nu. 4. in fin. Cardin. Pariſ. in conſ. 23. nu. 19. vol. 1. ante ipſum Alex. in conſ. 30. col. 9. vol. 1. quem refert, & ſequitur Io. Cephal. in conſ. 151. nu. 24. vol. 2. Ante ipſos Iacobus de Ardizon. in ſũma feud. p. 2. c. 142. Supra dictum eſt. Afflict. in d. c. Imperialem. §. Iſtud. nu. 27. Vbi inquit: Vaſſallum ſine feudo eſſe non poſſe, & † ideo vaſſallum habentem Feudum, teneri ad huiuſmodi iuramenti præſtationem. Curt. iunior in tract. Feudor. par. 2. q. 2. Vdalrich. Zaſ. par. 7. Guliel. Hannetonius iuris Feud. lib. 1. cap. 9. nu. 1. Franciſc. Duarenus in conſuetud. Feudor. c. 13. nu. 1. Petr. de Bellapertica. in tract. Feudor. tit. 2. nu. 2. cum pluribus ſeq. Rol. à Valle in conſil. 53. nu. . . vol. 2. & in conſil. 90. nu. 29. cum pluribus ſeq. vol. 4. Io. Ferrar. Montac. in vſus Feudor. lib. 3. cap. 7. Franciſc. Sonsbec. iuris Feudorum. p. 11. nu. 3. 4. Anton. Sola in decret. Sabaud. in Decreto. Rempublicam. parte 1. gloſ. 3. nu. 13. 14.

Sexta iuramenti ſpecies, eſt iuramentum aſſecurationis, quod præſtatur à domeſticis, & familiaribus† Regijs, aut Principis, atq; habitatoribus ſub eius iuriſdictione. de quo in d. c. 1. qualit. vaſſall. iur. deb. Iacobin. in d. §. Qui inueſtiti. nu. 5. 6. Io. Ferrar. Montan. in vſus Feud. lib. 3. c. 7. in fin. Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap. 245. nu. 7. 8. fol. 135. & in Regno, de hoc habemus. Cõſt. Domini †à vaſſallis. quæ in ſpecie loquitur de iuramento aſſecurationis. Capic. in deciſ. 9. nu. 6. Sed hoc iuramentum, dico fuiſſe metũ doctorum ſomnium, quia eſt idem, ac †iuramentũ fidelitatis, & ità illud nominat text. in d. c. 1. ibi, Ideo iurat fidelitatem. Tanto plus, quia eſt poſitus ſub Rub. qualit. vaſſall. iur. deb. fidel. & ſic poteſt argui à Rubr. Quod †argumẽtum in iure validũ eſt, ac licitũ. l. Imperator. cũ ſimil. ff. de in diem adiect. Perperam enim feciſſet Iuriſconſultus in rubrica proponere iuramentum fidelitatis, & demum illo omiſſo, tractare iuramentũ aſſecurationis, à lingua Latina tam alienũ. Vnde tam iuramentũ hoc, q̃ illud, qđ præſtatur ab habitatoribus, & ipſis domeſticis, dico eſſe idẽ cũ iuramento fidelitatis; qa id non facit aſſecuratio, ſed ipſa aſſecuratio †eſt ſequela vim hæbẽs à fidelitate iurata, ſub qua dñs redditur tutus, & ſecurus.

Quoad ſecundum quæſitum, (vt ordinatè in hac re procedamus) videamus prius de formula † iuramenti homagij, quæ præſtatur Principi ſupremo, quam Bald. in cap. Quæ in eccleſiarum. de Conſtit. dicit eſſe præter naturam,

35 atq; dici quãdam ſeruilem† ſubiectionẽ, præſertim in homine libero: Ab homine autem libero fieri poſſe, ſalua libertate, ſcribit Io. Ferrar. Montan. in vſus Feudorum. lib. 6. c. 1. verſ. Homagium itaq;. Inducẽs obligari Dominum ad illius protectionem, & ad alia, quæ prius
36 †annotauerat Specul. in tit. de Feud. §. 2. nu. 6. cum pluribus ſeq. Qui ibidem nu. 2. hanc tra-
37 didit formulam E G O. N. † ex cauſa homiciæ, ſiue Homagij, promitto tibi P. eſſe perpetuus tuus homo, & ſtare cum meis hæredibus ad tuam maiorem Signoriam, & præſtare tibi annuatim tale, ac tale ſeruitium, conſtituens, ac confitens me tuum eſſe hominem; & deinceps me in tui poſſeſſione, tamquàm Domini, eſſe, & ſtare in tali loco, vel alibi vbicunq; me volueris. Apoſtillator ad ſpeculator. dicit hãc formam eſſe Rolandini Rodulphini Bononienſis. Re uera tamen illa non eſt, ſed forma iuramenti fidelitatis. Tamen in iſtis ſeruantur locorum conſuetudines, quæ ſolent eſſe diuerſæ. l. Si publicanus. §. 1. ff. de publican. Andr. de Iſern. in dicto cap. 1. § Inueſtitura. num. 9. de noua form. fidel. Hanc tamen iuramenti de homagio formulam, ſequitur. Martin. Laudenſ. in cap. 1. num. 52. de his, qui feud. dar. poſs. Alia
38 verò eſt formula, †quã tradidit Andr. de Iſern. in dicto. §. Inueſtitura. ſub num. 2. verſ. Homagium vero, quę ità ſe habet. E G O. N. Iuro Homagium tibi Domino P. vt à modo ſim homo ligius veſter. Inducit Specul. in dicto §. Quoniam. num. 6. plura ad probandum, quòd præſtatio iuramenti Homagij, non ſit libertatis priuatio, & inter cætera, quòd poteſt quis, ſcri-
39 ptura † intereueniente conſtituere ſe aſcriptitium. vt in l. Cum ſcimus C. de agricol. & cenſ. lib. 11. Quæ verba non reſoluunt dubium, quia aſcriptitij ſunt ſerui per deſcriptionem facti; quinimmo peioris cõditionis, quàm ſerui, cum
40 non poſſint matrimonium † contrahere cum libera l. fin. C. de agric. & cenſit. lib. 11. & habetur in Nouella 22. vbi hoc eleganter tradidit Iacob. Cuiac. col. 4. Hiq; aſcriptitij ſunt vil-
41 lani, & ruſticiſſimi, † vt Feſtus Pompeius refert. Quia iſti ideo obligantur, tamquàm viliſſimi, qui trahi non poſſunt ad exemplum nobilium, qui præſtant homagium ipſi ſupremo Principi. Dicũt inſuper, poſſe quempiam per-
42 petuò ſe obligare Religioni diuinę † c. Omnes fœminæ 27. q. 2. Et tamen religioni ſe dicare
43 † ſeruitium eſt. c. Multos 54. diſtinct. Ijs tamen reſponderi poterit, hoc oppoſitum, non militare, quia ſeruire Deo, non ſolum non eſt ſer-
44 uire, † ſed regnare, ac Dominari; & ideo poteſt quis eius ſeruitio perpetuo obligare: vt poſt multos, quos allegat, voluit Vincent. Carrocius de locat. & conduct. par. 1. tit. de operibus perpetuis. num. 6. Vnde, nec ego cenſeo præſtantem iuramentum homagij, libertati
45 † ſuæ præiudicium facere; non enim illa iurata, pollicitatio ſeruilis eſt, ſed tutelæ, defenſionis, & obedientiæ ſignum, quam ſuo ſuperiori, ob beneficij conceſſionem ille promittit, qua obligatur id facere, etiam iure diuino ex dicto Petri 1. cap. 2. Obedite ſuperioribus veſtris, non ſolum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis. de quo latè dico de Magiſtratuum edictis. lib. 3. cap. . . Sed redeundo ad rem, de qua agimus; dicimus homagium appellari, aut
46 potius hominium. † Hoſtienſ. in c. Si diligenti. de cenſibus in cap. Nimis. & in cap. Veritatis. de iur. iur. in cap. fi. de regul. iur. Andr. de Iſer. in Conſt. probationum defectum. verſ. Homagium. Paris de Puteo de reintegrar. feudor. cap. 245. Nunc videndum eſt. nu. 5. fol. 135. dicens appellari ligium, quia ligat ad perpetuam
47 fidelitatem † domino. Nec eſt verbum cognitum de iure Feudorum, ſed benè de iure Ca-
48 nonico. † Clem. Paſtoralis. de re iudic. cap. Ex diligẽti. de Simon. Andr. de Iſern. in dicto c. 1. de noua for. fidel. Afflict. in Conſt. Si vaſſallus à
49 Domino. nu. 28. eſt autem hoc verbum † Gallicum, quod apud Italos vaſſallagium appellatur. Specul. in tit. de feud. §. Quoniam. num. 5. Et reſpectu iurantis appellatur homo ligius, quia, vt diximus, dicitur homo ligatus ſeruitio
50 domini: vel ligius, quaſi legalitatem † continens. vt inquit Speculat. vbi ſupra. nu. 4. in fin. Vnde homagiũ ſic diffinitur à Fran. Hotoman. in diſputat. Feudiſtica. cap. 24. in princip. Ho-
51 magium eſt veneratio, quam † vaſſallus patrono, propter beneficium acceptum, tribuit; cum ſe eo nomine, hominem, id eſt, clientem ipſius fore profitetur. Ex verbis autẽm Speculat. homagium dici vaſſallagium, rectè arbitror dixiſſe Franciſc. Hotoman. vbi ſupra. c. 7. In ma-
52 teria, de qua agitur, hominem † ligium appellari, eum, qui præſtat homagium, quod lingua Germanorum, vaſſum, & vaſſallum dicũt. Quibus in hoc Regno Neapolitano ad ſtipulatur
53 Conſt. Probationum † defectum. Vbi Fridericus Imperator ait: Ipſe autem hominem noſtrum eſſe contendat. Quod clarius redditur ex illo Albert. Crantij in Noruegia. lib. 4. cap. 7. vbi de Roberto ait: Et Guiſcardus ſe ſe conſtituens eccleſiæ Romanæ vaſſallum, vel (quod eius Regionis verbum eſt) ligium Romano Pontifici, quæcunque peterentur præſidia mittere, ac quando opus videretur, cum omnibus copijs, afferre ſpopondit præſidium. & cap. 9. inquit: Quo in conuentu Robertus ligium ſe (quod eius regionis verbum totalem ſignificat ſubiectionem) Põtifici, & Eccle-
54 ſiæ iterum fecit, & B. Petri † vexillo à Pontifice donatus eſt. & c. 12. Rogerius Melphi ad Vrbanũ Pontificẽ ſe contulit, & Ligiũ ſe, ac vaſſallũ Eccleſiæ Romanæ, obligans, Ducatus, & Paternæ ſucceſſionis confirmationem ab illo obtinuit. de quo Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. 10. Anacletus (inquit) optatiſſimam

occa-

occaſionem adeptus, auidè arripuit: ac re cõpoſita Beneuẽtum profectus. V. Calẽdas Octobris, ipſum præſentem Siciliæ Regem, Apuliæ, Calabriæq; Ducem, Capuæq; Principem declarauit; ac Feudatarium, ſiue Hominem (vt vocabant) Ligium Eccleſiæ, confirmauit. & idẽ Sigonius ibidem lib. 11. Rogerius Innocentiũ cuſtodia, Innocentius Rogerium contracta noxia, exoluit. Et ne vlla in futurum belli materia ſupereſſet, ipſum Regem Siciliæ, Ducem Apuliæ, & Calabriæ, & Principem Capuæ appellauit, atq; hominem (vt vocabant) Ligium Eccleſiæ confirmauit. & Aimonius lib. 5. Hiſtoriar. cap. 53. Vnde Rex volens (inquit) omnes iuſtè, ac rationabiliter manutenere, & vnicuique ius ſuum conſeruare, cum magno exercitu Northmanniam aggrediens, & eum pro eadem terra in hominem Ligium accepit. & Antoninus Florẽtinus Hiſtor. par. 2. tit. 17. §. 1. Factus eſt (ait) ibidem Comes Bertrandus Regis Hieroſolymitani homo leugius. Et ſic facta eſt compoſitio vocabuli vnita, ex homine, & ligio, & quandoq; etiam ſeparatim facta eſt horum appellatio. Et iterum idem Antoninus c. 9. §. 31. Eodem anno Rex Philippus cum Rege Angliæ colloquium habuit, ſubmonens illum, vt tamquam ſuum hominem leugium, vt pro Comitatu Pictauenſi, & Andegauenſi, & pro Ducatu Aquitaniæ, veniret Pariſios. & de Arturo Anglo idem Antoninus in d. §. 31. Tradens ei Comitatum Britanniæ, Pictauenſem, & Andegauenſem, & ſic in perpetuum eum hominem leugium accepit. & iterum cap. 8. §. 3. Tũc viſum eſt arbitris, quòd Dominus Princeps apud Imperatorem accederet, atq; cum debita ſolemnitate debitam homoleugiam exhiberet, & ligiam ſibi fidelitatẽ præſtaret. & Sigebertus in Chronico anni. 1176. Rex Scotiæ pacificatus eſt cum Rege Angliæ, hoc modo: Fecit ei Homagium, & ligantiam de omni terra ſua, vt proprio Domino. Albert. Crantius in Vuandalia. lib. 3. cap. 36. Apud Cæſarem immẽſo auro in ſatisfactionẽ, & Hominio (quod nunc vocant Homagium) præſtito, indemnitatem coemit. Extat etiam Epiſtola Emanuelis Comneni Imperatoris Cõſtantinopolitani ad Fridericum Imperatorem apud Albert. Crant. in Saxonia. lib. 6. cap. 37. Sultanus (inquit) Imperio noſtro ſe dedidit, & miſſis legatis, miſericordiam poſtulauit, fecitq; Imperio noſtro Hominium, & iuramenta: pollicitus eſt ſeruire nobis aduerſus omnem hominem cum exercitu, ità vt ſit amicorum noſtrorum amicus, & hoſtis inimicorum. Et de Gulielmo Siciliæ Rege inquit Carol. Sigonius de Regno Italiæ. lib. 12. Ad ædem ſancti Martini exijt, (de Pontifice Adriano loquitur) atque ibi, Gulielmum ad pedes procidentem in gratiam recepit, & Ligium de more Homagium facientem, Regem Siciliæ, Ducem Apuliæ, & Calabriæ, ac Principem Capuæ confirmauit.

Is, qui præſtat Homagij, ſeu Ligij iuramentum, illius Principis, ſolus homo eſt, nec enim
55 † duorum Principum Ligius eſſe poteſt inſolidum. l. Si vt certo. §. Si duobus vehiculum. ff. commodat. Specul. in tit. de feud. §. Quoniam nu. 23. Andr. de Iſern. in d. cap. 1. §. Inueſtitura ſub nu. 2. verſ. Hoc non fit. de nou. form. fidelit. optima gloſſ. in d. clem. Paſtoralis. in verb. Homoque ligius. de re iudic. Bald. in Auct. Hoc amplius. ſub nu. 8. C. de Fideicommiſſ. faciunt notata per Alexand. in conſil. 118. nu. 5. vol. 5. & poſt alios Lud. Roman. in conſil. 47. nu. 6. & per totum ſequitur Sigiſmund. Loffred. in Paraphraſi Feudor. in d. c. 1. col. 1. verſ. Hic igitur titulus. de Noua for. fidelit. Anton. Capic. in Inueſtitur. Feudal. §. Feudorum Homagia, verſ. Ligium, ſeu homagium. poſt Iacobin. de ſanct. Georg. in Inueſtitur. Feudal. in verb. In Feudũ. Diuiſion. 7. Quia iuxta illud Euãgelicũ Matth. cap. 6. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. Iacob. Menoch. in conſ. 2 nu. 24. & ſeq. vol. 1. Et quando quis eſt ligius duorum, ſemper intelligitur excepta authoritas maioris,
56 † ac primi, & habentis ius potentius. vt concludit Lud. Roman. in d. conſil. 47. poſt alios. quàmquam quando hoc modo exciperetur authoritas ſuperioris, non cenſerem dici verum Homagij iuramentum.

Iuramentum homagij, ac ligij fit, & præſta-
57 tur flexis genibus coram † Principe, complicatis manibus, cum manibus dñi. vt dicit Andr. de Iſern. in dicto. §. Inueſtitura. Capic. vbi ſupra. Nicol. Boer. in Conſuetud. Bituricenſ. tit. Des coſtumes des Fiefz. §. 3. col. fin. & ſic vſu fuiſſe in hoc Regno, ac ipſum ità vidiſſe, ſcribit Marin. de Caramanico Gloſſator in Conſt. Regni. Domini à vaſſallis. in verb. Domini. circa finem. Iuriſiurandi huiuſmodi formulam, ſeruari ſolitam in Regno Neapolitano illiuſq; exemplum nobile proferam, relatum à Pandolpho Collenucio Hiſtor. Neapolitan. lib. 7. quod
58 eſt tale. † Ego Vrſus Vrſinus Nolæ, & Atripaldæ Comes, Dominus Aſculi, Lauri, Forenij, & eorum territoriorum, tibi Ferdinando Regi, tuisq; filijs, & ſucceſſoribus in Regno Neapoli, promitto, pro me, filijsq; meis, ac ſucceſſoribus in eiſdẽ Ciuitatibus, terris, ac finibus meis, eſſe fidelem; & dictos meos hæredes & ſucceſſores futuros fideles, tuis mandatis, tuorumq; hæredum, ac ſucceſſorum omni loco, ac tempore obſequentes; & cum meis Ciuitatibus, Caſtris, populis, & confinibus, me futurum erga te in fide, & amore conſtantem. Et ſi quãdo intellexero, aliquẽ contra, & aduerſus te, & tuos hæredes, inſidias, vel proditiones moliri, tibi, tuiſque manifeſtaturum. Et vltimo loco, omnia erga te, tuoſq; officia facturum, & operaturum, domi, foriſque, pace, & bello, erga tuos inimicos, & hoſtes, & pro tui Regni beneficio

ea me

ea me acturum, quibus naturæ legibus, & Homagij rationibus, bonus, ac fidelis vaſſallus obſtringitur. Ità me Deus adiuuet, & hæc ſancta Euangelia, per quæ ſcienter, ac mea ſpõte, nec aſtrictus, iuro. Interim Rex erat ſedens in Regali ſolio eleuatus, inter magnos Principes, ac Barones poſitus, circumſtabãt Magiſtratus ſuo loco ſtabiliti, Purpureis clamydibus ornati, ad pedes dextra manu, Genuflexus erat Regis Secretarius, læua Ciuitatis prælatus maior, in ſinu Regis ſacrorum Euangeliorum librum ſuſtinens, in quorum medio Genuflexus ſtabat Vaſſallus, iuramentum faciens, cum vtraq; manu librum tenens, ipſas ſupra librum expãſas, Rex intra manus ſuas complicabat, iterumq; vaſſallus repetebat. Ego cum meis filijs, & ſucceſſoribus, Ferdinãdo meo Regi, ac Domino, ſuisq; hæredibus, & ſucceſſoribus, me conſtituo, ac Dono. Quibus verbis ter repetitis, oſculabatur manus Regis: Ille autem oſculum illi præbebat in facie. Subiungit ibi Collenucius. Hic eſt mos iurandi fidelitatem Regibus Neapolis, ab his, qui ſunt illorum Ligij, quia dum colligantur digiti iurantis à digitis Regis, intelligitur illum ſuæ fidei, ac obediẽtiæ colligaſſe.

Ex his videtur, non eſſe contemnendam opi
59 nionem Franciſci Hottomãni † de verbis Feudalib. § Liga. qui à liga dicit ligium appellari, quaſi eo iuramento ligatus (vt ſupra dictum eſt) ſit Dominus, & vaſſallus. Protulit ad hunc effectum, exemplum relatum ab Alberto Argẽtinenſi in Chronico. Inter Principem (inquit) & Francum interpoſitis iuramentis, & confectis literis, liga perpetuò eſt confirmata; Marchio cum Maſtino Veronenſi ligam contraxit, eiuſq; filio ſuam filiam deſponſauit. Sed Stephanus Forcatulus in commentar. feudor. cap. 3. ſub nu. 1. cenſuit Ligium dici à Francorum
60 Regum † Lilijs, & quòd Gallicè, Lilium, Liz dicitur, & inde ligium appellatur. Cuius dictum miror à tanti viri ore prolatum, qui non iuris modo, ſed antiquitatũ, erat diligens, atq; acerrimus perſcrutator: quod quantum à vero diſtet, mea cenſura refutari non indiget.

Homagij iuſiurandum præſtatur, pro rebus
61 tantum temporalibus, non autem pro † ſpiritualibus. Indignum eſt enim, & à Romanæ Eccleſiæ conſuetudine alienum, vt pro ſpiritualibus facere quis Homagium compellatur. c. fin. extr. de regul. iur. quia omnis promiſſio eſſet Simoniaca c. Ex diligẽti. extr. de Simon. Andr. de Hern. in d. §. Inueſtitura. nu. 2. verſ. Hoc non fit. Capic. in d. §. Feudorum Homagia. col. 1.

Effectus iuramenti Homagij inter cæteros
62 hic eſt, quòd omnia † bona vaſſalli, non feudalia ſolum, ſed Burgenſatica, ſunt ſub illius Domini iuriſdictione, cui iuramentum præſtitit. Specul. in tit. de Feudis. §. 2. nu. 33. Anton. Capic. in Inueſtitur. Feudal. §. Feudorum Homagia. col. 2. verſ. Effectus Ligij. Martin. Laudẽ. in c. 1. nu. 51. de his, qui feud. dar. poſſ. arg. c. Cæterum. de iudic.

Secundus, feudi ligij effectus, quia in Feu-
63 do Ligio non † habet locum pœnitentia. Bal. in dicto cap. Cæterum. Martin. Laud. in d. cap. 1. nume. 52. Iacobin. in Tract. Feud. in verb. In Feudum. diuiſ. 7. num. 22. Anton. Capic. in d. §. Feudorum Homagia. verſ. Effectus eſt etiam. Curt. Iun. in Tract. Feud. Parte 1. q. 8. colum. 8. Quia turpe eſſet frangere fidem Principi, à quo beneficium obtinet, cum Principum bene-
64 ficia † perpetua; ac permanentia illa eſſe oporteat. §. Illud. Auct. Conſt. quæ de dignit. licet alias refutatio feudi fieri valeat. c. 1. de vaſſall. qui contr. Conſt. Loth. vbi hoc notauit Bald. & in c. fin. vbi Bald. & alij de Capit. qui cur. vend. did. Quàmquam non ſit indiſtinctè in omni caſu: vt poſt alios voluit Iaſ. in Prælud. Feud. nu. 112. verſ. Tertius effectus. Io. Sainſon in conſuetud. Turon. tit. Comment homaige. art. 1. concluſ. 23. Catellian. Cotta in Memor. in verb. Feudum Ligium. quos ſimpliciter ſequitur Petr. Rebuff. in declarat. Feudor. Diuiſion. 23. Quan-
65 do autem, & quibus perſonis fieri poſſit † feudi refutatio? Scribit aliqua Io. Anton. Cannet. in Rep. c. Volentes Regni Siciliæ. § Sed operæ prætium. nu. 1. fol. 161. & in §. Prædictis. nu. 16. fol. 171. Vincent. de Franch. in deciſ. Neap. 3. nu. 9 & nouiſſimè hanc materiam exactiſsimè tractauit Io. Vincent de Anna. in Rep. c. 1. de vaſſall. de crep. ætat.

Tertius Ligij Feudi effectus eſt, quia in illo
66 ſuccedit fœmina, † vt ſcribit Specul. in tit. de Feud. § Qm̃. verſ. 21. nu. 41. Alex. in cõſ. 30. nu. 4. vol. 1. Curt. Iun. in tract. Feud. par. 3. limit. 10. nu. 13. Io. Sainſon. in conſuetud. Turon. tit. Cõment bommaige. Artic. 1. concl. 23. verſ. Secundus effectus. Marian. Soci. Nepos. in conſ. 77. nu. 22. vol. 1. & latius in conſil. 1. nu. 36. vol. 4. Anton. Gabrielius com. concluſ. lib. 6. tit. de verb. ſignif. concluſ. 6. nu. 55. Ioan. Thom. de Marin. de generib. & qualit. feud. tit. 11. nu. 24. verſ. Decimo limitatur. Quia eo caſu fœmina præſtabit iuramentum fidelitatis pro feudo,
67 & ſeruiet per ſubſtitutum. † vt dicit Specul. vbi ſupra. Licet hanc Specul. rationem ego nõ ità paſſim admitterem, quia ſi fortè pro Feudo erit electa perſonæ induſtria, & eſſet perſonale ſeruitium, non poſſet dare, ac exhibere ſubſtitutum: minusq; ſuccederet in Feudo, pro quo
68 deberetur illud perſonale † ſeruitium, niſi à Domino eſſet habilitata ad ſeruiẽdum per ſubſtitutum. ex dictis per Bald. in cap. 1. §. Et quia. nu. 19. de his, qui Feud. dar. poſs. Ludouic. Roman. in conſil. 367. nu. 12. Curt. Iun. in loco allegato. Regul. 1. verſ. Quinto limitate. Card. Pariſ. in conſil. 4. nu. 19. in conſil. 12. nu. 27. in conſil. 23. nu. 30. vol. 1. Matth. de Affliict. in deciſ. Neap. 320. nu. 5. 6. Alex. in dicto conſil. 30. Deci. in l. Fœminæ. nu. 56. ff. de regul. iur. Alber,

Brun. in conſil. 14. nu. 2 Hierony. Grat. in conſ. 9. num. 153. vol. 1. Curt. Senior. in conſil. 50.
69 col. 6. Niſi vellemus dicere, quòd mulier † eſſet armis, aſſueta, poſſetq; ſeruire de perſona in bello. Aluarot. Laudenſ. Præpoſit. & alij. in d. §. Et quia. Iacobin. de Sanct. Georg. in inueſtit. Feudal. §. Et fœminis. nu. 8. Petr. Duenn. Regul. 309. nu. 2. Carol. Rui. in conſ. 18. nu. 16.
70 & ſeq. volum. 1. Sed neciſto caſu † mulierem admitti cenſuit Gulielm. Hannetonius intis Feudor. lib. 2. c. 8. Dicens in bello, Dũm nõ egere armorum exercitio ſolum, ſed conſilij peritia, qua fœmina incapax eſt. Hunc tamen ter-
71 tium effectum † improbarunt. Iaſon in prælud. Feudor. num. 111. & Rui. in conſil. 39. num. 8. vol. 1. dicentes valde mirari, de hac Specul. opinione, cũ potius deberet ſuccedere in feudo nõ ligio, quàm in Feudo ligio. Idcirco ego declaraui procedere, deficientibus maſculis,
72 † vt per Anton. Capic. in dicta inueſtit. §. Feudorum Genera. colum. 49. in verb. Ligium Feudum eſt. verſ. Nona concluſ. 10. & verſ. ſeq. Se-
73 cũdo declaraui † nõ procedere, niſi extãte cõſuetudine ſuccedendi in Feudis ligijs: vt dicit Specul. in loco ſupra allegato. Alex. in cõſ. 30. vol. 1. Iaſon. in Prælud. Feud. ſub nu. 111. col. 32. Curt. in. d. Tract. Feud. parte 1. q. 8. Iacobin. in Tract. de Homag. col. 1. vbi dicit: Talem con
74 ſuetudinem fore probandam. Pro vt conſuetudo in Gallia, † vbi Feuda ad inſtar patrimoniorum redacta ſunt. vt dici Io. Fabr. in. §. 1. Inſt. de legitim. patron. tut. in. §. Adeo. inſt. de locat. in Auct. ingreſsi. C. de ſacroſ. Eccleſ. Petr. Iacob. in pract. titul. ex quib. cauſ. feud. amitt. in addit. & in tit. de ſucceſſ. feud. col. 8. verſ. Modo in ſumma Ioan. Andr. & Panor. in cap. ſignificauit de reſcript. Bald. in cap. 1. col. penult. de ſucceſſ. Feud. Secundum quam Galliæ conſuetudinem conſuluit Philipp. Deci. in conſil. 208. & 269. col. 3. vol. 2. Ioan. Coraſ. in l. Filium. C. Famil. Herciſcund. & Miſcellaneor. lib. 6. c. 12. nu. 7. Nicol. Boer. in conſil. 10.
75 per totum. Et ſic ſeruari † in Delphinatu ſcribit Guid. Pap. in deciſ. 9. & in deciſ. 297. Franciſ. Marcus in deciſ. Delphin. 316. nu. 5. vol. 1. & ſimiliter apud Bituricenſes, Burgundos, Niuernienſes, & Turonenſes, teſtatur. Caſſen. in conſuetud. Burgund. tit. Des Fiefz. Rub. 43. §. 5. nu. 29. Nicol. Boer. in conſuetud. Bituricenſ. tit. de feud. §. 1. Ioan. Sainſon in conſuetud. Turonenſ. tit. de Piè de Fiefz. Articul. 2. & Carol. de Graſſalio Regal. Franciæ. lib. 1. iur. 7. verſ. Pari-
76 ter leges. Et ſimiliter † in hoc Regno Neapoli-
77 tano, ac Siculo. per Conſtit. † In aliquibus. & Conſt. Vt de ſucceſſionibus. vbi Andr. de Iſern. & Afflict. per quæ iura deficientibus maſculis, fœminæ admittuntur. vt voluit Iacob. Aluarot. in c. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. Curt. par. 3. princip. Zaſ. in tract. feudor. p. 8. nu. 42. Sigiſmund. Loffred. in conſil. 39. Io. Tho. de Marin. de generib. & qualit. feud. tit. 11. nu. 23. cum pluribus ſeqq. Iul. Clar. in §. Feudum q. 33. in fin. Iacob. de Ardizon. in ſumma Feud. ſ. c. 137. Ioan. Tho. Minadous in Rep. dictæ Conſt. In aliquibus. in Rubr. in verb. Filiorum. num. 25. 27. Iacobin. de ſanct. Georg. in dicto §. Et fœminis. nu. 9. Franciſc. Duaren. iuris feud. c. 10. nu. 8. Hanneton. lib. 2. cap. 9. Et in inſula Siciliæ eſt. tex. in c. Volentes. vbi Blaſc. Lancea. Cannet. & alij. Sic obſeruari Patauij, voluit Ioan. Baptiſta Ferrett. in conſil. 87. nu. 20. vol. 1. Curt. poſt Iacob. de beluis. in dicta p. 3. nu. 10. Iacob. Menoch. ſin conſ. 65. nu. 34. vol. 1. Cephal. in conſil. 361. num. 24. vol. 3. Duen. in regul. 309. fall. 1. Quando verò
78 fœmina † admittatur ad feudum ampliſſimè ſcripſi de Magiſtratuum edictis. lib. 1. cap. 2. Quartus ligij feudi effectus eſt, quòd licet ſint pares curiæ iudices Feudorum, tamẽ ſecus eſt
79 in feudo ligio; quia † idem Princeps, cui præſtitum eſt homagij, ſeu ligij iuramentum, poteſt etiam cognoſcere; nã ipſe ſolus inſtituit, & ipſe inſtitutum deſtituit. originale dictum Bald. in dicto c. Cæterum col. 5. de iudic. relatum à Iaſ. in dictis prælud. feud. nu. 112. quem ſequitur Catell. Cotta in memor. Feudum ligium. Ioan. Sainſon in conſuetud. Turon. tit. Comment. Hommage. artic. 1. concluſ. 23. verſ. Quartus. Nũquam autem feudum ligium dice-
80 tur, vel appellabitur, niſi eo † modo in inueſtitura fuerit nominatum. Bald. in cap. Inter dilectos. col. 6. de fid. inſtrum. Iaſ. vbi ſupra. nu. 108.
81 Quoad formulam iuramenti † fidelitatis, de quo dixi ſupra hoc eodem capite verſ. Quinta ſpecies. nu. 26. Nulli dubium illam reperiri deſcriptam in c. De forma 22. q. 5. à quo textu, ſumpta eſt diſpoſitio, ac formula in c. 1. de noua form. fidelit. hoc modo. Ego Titius iuro ſuper hæc ſancta Dei Euangelia, quòd ab hac hora in antea vſq; ad vltimum diẽ vitæ meæ, ero fidelis tibi Caio Domino meo contra omnem hominẽ, excepto Imperatore, vel Rege. Et poſt infra ſubiungit dicens. Ego iuro, quòd nunq̃ ſcienter ero in cõſilio, vel auxilio, vel in facto, quòd tu amittas vitam, vel membrum aliquod; vel quòd tu recipias in perſona aliquam læſionem, vel iniuriam, vel cõtumeliam, vel quòd tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes, vel in antea habebis. Et ſi ſciuero, vel audiuero de aliquo, qui velit aliquod iſtorum contra te facere, pro poſſe meo, vt nõ fiat, impedimentum præſtabo: & ſi impedimentum præſtare nequiuero, quàm cito potero, tibi nunciabo, & contra eum prout potero, auxilium meum tibi præſtabo: & ſi contingerit te rem aliquã, quam habes, vel habebis, iniuſtè, vel fortuito caſu amittere, eam recuperare iuuabo, & recuperatam omni tempore retinere. Et ſi ſciuero te vel
le iuſtè aliquem offendere, & inde generaliter, vel ſpecialiter fuero requiſitus, meum tibi, ſicut potero, præſtabo auxiliũ. Et ſi aliquid mihi

de

de ſecreto manifeſtaueris, illud ſine tua licentia nemini pandam, vel per quod pandatur, faciam. Et ſi conſilium mihi ſuper aliquo facto poſtulaueris, illud tibi dabo conſilium, quod mihi videbitur magis expedire tibi, & nunquá ex perſona mea aliquid faciam ſcienter, quod pertineat ad tuam, vel tuorũ iniuriam, vel contumeliam. Petrus autẽ de Bella pertica in tract. de Feudis. titul. 2. nu. 3. cum plurib. ſeq. tradi-
82 dit aliam parum diſſimilem formã dicens. † Iuro ego P. quod ab hac hora in antea ero fidelis, vt vaſſallus Domino Ioanni in omni opere. Itẽ iuro, quòd non ero in conſilio, neq; in facto, vt ipſe Dominus, vitam, vel honorem perdat, aut membra, vel capiatur mala captione, vel munitiones ſuas perdat, vel bona: quòd ſi prædicta, vel aliquod prædictorum ſciuero, ſi potero cõtradicam, vt non fiat; alioquin denunciabo Domino, quàm citius potero per me, vel per aliũ, vt ſit Domino meo notum. Item quod eidem Domino erit facile facere, non faciam difficile: quod eidem ſit poſſibile, vt ſit impoſſibile, non tractabo. Item conſilium, quod mihi per ſe, aut per litteras, vel per nuncium manifeſtabit, ſeu manifeſtauerit, ad eius damnum, nulli pãdam; ſed poſtulatus, conſilium tribuam bona fide. Item iuuabo, & defendam ipſum Dominum, & omnia iura ſua, toto poſſe meo ſecũdũ Deum, & iuſtitiam contra omnes homines huius mun-
83 di, excepta perſona Imperatoris. Aliam tradidit formam Rolandinus † Rodulphinus Bononienſis, Artis notariæ lib. 1. titul. de empt. & vend. cap. 1. Quæ talis eſt. Promiſit dicto Domino Azoni, & corporaliter iurauit ad ſancta Dei Euangelia ex nunc ſibi, & ſuis hæredibus fidelem eſſe vaſſallum: ipſum quoq;, & ſuos hæredes, res, iura, & honores ipſorum pro poſſe fideliter cõſeruare, & nullatenus, quod in detrimentum, & periculum, ſiue damnum perſonæ, vel perſonarum, iurium, & honorem ſui, & ſuorum hæredum verti poſſet, aliquod per ſe, vel per alium contractare, vel machinari: imò ſi quos hoc, vel aliquod eorum tractare, vel machinari ſenſerit, quàm velocius poterit, domino indicare: & quicquid ſibi ſub fide, & credentia eius, ſibi ab ipſo impoſitũ fuerit, ſecretum fideliter retinere, nec non perſonam, res, & iura, honores ſuos aduerſus quoſcunq; (excepto Imperio Romano) & his, quibus prius fidelitatis debito erat aſtrictus, tueri, & totis viribus, adiuuare, & generaliter puram, & meram fidelitatem ſibi, & ſuis hæredibus reddere, & per omnia impartiri. Aliam
84 verò breuiorem ſcripſit Gulielmus † Hannetonius iuris Feudor. lib. 1. cap. 11. quæ ità ſe habet. Ego Titius vaſſallus ad hæc ſacroſancta Euãgelia iuro, quòd ab hac hora in poſterum, vſq; ad vltimum vitæ meæ diem, tibi Caio Dño meo, contra omnem, hominem, excepto Imperatore, vel Rege, vel priore Domino meo, fidelis ero. Martin. Laudenſ. in c. 1. nu. 2. de Noua form. fidelit. dicit: quòd forma ibidem tradita ſeruanda eſt vbiq;, niſi alia adſit conſuetudo. Franciſ. Sonsbechius in Commentar. Feudal.
95 parte 11. num. 2. hoc modo illam ponit. † Ego Petrus, aut Paulus iuro ſanctè, quòd perpetuo ero fidelis tibi Domino meo contra omnes, ſicut debet eſſe vaſſallus ſuo domino, neque id, quod ſub nomine fidelitatis, mihi commiſeris pandam alicui alij in tuum detrimentum me ſciente. Formulã, qua vſus eſt Carolus Magnus & alias duas retulit Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib. 7. Quæ quia in idem coincidũt, & à prænarratis iuribus captæ ſunt, non mihi viſum eſt illas, aliaſq; per multas apud alios deſcriptas inferere; in ijs enim qlibet ſuo marte in eis addit, & minuit. Vnde arbitror illam huius, iuramenti formulã ſeruẽdam eſſe, quam hactenus inueterata conſuetudo introduxerit.

In hoc iuramento fidelitatis illa promiſſa à vaſſallo eius Domino intelligũtur, quæ habentur in dicto cap. deforma. 22. quæſt. & in cap. 1. de noua form. fidel. Scilicet, incolume, tutum,
86 † Honeſtum, vtile, facile, & poſſibile: quæ verba ego non declarabo, quia ſunt enucleata in eiſdem locis, præſertim ab Andr. de Iſern. Martin. Laudenſ. Bald. Iacob. Aluarot. præpoſit. & Afflict. in d. cap. 1. de noua for. fideli. And. in conſt. Comite, & Barone. in fin. Petr. de Bella pertic. de feud. tit. 2. nu. 10. cũ pluribus ſeq. Iacob. de Ardizon. in ſũma Feud. c. 142. Incip. Supra. col. 12. verſ. Iurant autem. Gulielm. Hanneton. in d. c. 11. Sonsbechius in dicta par. 11. ſub nu. 3. Io. Ferrarius Montanus in Vſus feud. lib. 3. cap. 7. col. 4. verſ. Capita autem. Io. Thom. de Marin. de Generib. & qualitat. Feudor. lib. 1. tit. 15. num. 16. Iacobin. de Sanct. Georgio in dicta inueſtitur. § Qui quidem inueſtiti. nu. 17. Anton. Capicius in inueſtitur. feud. § Feudorum iuramenta. col. 3. verſ. durans fidelitatẽ. & nouiſſimè Franciſc. de Amic. in c. 1. §. Natura etiam. num. 6. fol. 117. Qui Feud. dar. poſſ. Nicol. Boer. in Conſuetud. Biturig. tit. des coſtumes des Fiefz. § 3. col. 1. Simile iuramentum ordinatur in Regno Vaſſallis, vt illud præſtent
87 ſuis Dominis. vt in Conſt. Regni. Domini † à vaſſallis. vbi in fin. Semper excipitur perſona Imperatoris, ac Regis.

88 Hoc Iuramentum fidelitatis † ſpeciem eſſe ſeruitutis dixit Specul. in tit. de teſte. §. 1. verſ. Sed nunquid vaſſallus. arg. l. Si filius. ff. de Probat. gloſ. in l. Si cuius. §. 1. ff. de vſufruct. Luc. de Penn. in l. Deuotum. col. 2. C. de metat. lib. 11. Sed tamen intelligẽda ſunt, vt diximus ſupra, dum verba fecimus de iuramento Homagij ligij. Et præſtandum eſſe perſonaliter, nec admit
89 ti procuratorem † ad illius præſtationem, voluit Bald. in l. 1. ff. de rer. diuiſ. & in c. 2. in fin. de ordin. cognition. In hoc autem puncto, contraria ſententia, vti verior, eſt cõmuni calculo

recepta:

90 recepta, vt poſſit illud iuramentum † per procuratorem præſtari. vt ſibi contrarius voluit idem Bald. in l. Vnica. § Ne autem. nu. 20. C. de Caduc. toll. & in c. 1. §. Niſi iuſta. nu. 6. quo tẽp. miles. Vbi dicit, impeditum vaſſallum quo minus Dominum poſsit adire, poſſe per procuratorem iuramentum fidelitatis præſtare; quod tenuit etiam Iacob. Aluarot. ibi nu. 13. Martin. Laudenſ. in c. 1. § Nulla autem. nu. 12. Per quos
91 fiet inueſtit. vbi dicit exigi ad hoc † ſpeciale mandatum, eandem opinionem firmat Anton. Capic. in d. §. Feudorum iuramẽta. col. fin. verſ. Iuramentum fidelitatis. Ioan. Iacob. de Leonard. inter conſil. Albert. Bruni conſil. 116. nu. 13. Petr. Rebuff. in concord. Franc. in Rubr. de elect. derogat. verſ. Decimus ſextus. Arnulphus Ruzeus de iure Regalior. Priuileg. 43. nu. 2. Afflict. in c. 1. de Form. fidel. & ipſum ſequitur dum hæc typis mandantur Flamin. de Rubeis. in conſil. 20. nu. 37. vol. 1.

Sed notandum eſt, præſertim in hoc Regno Neapolitano, quòd emẽtes Feuda pro illis emptis non tenentur iurare Regi fidelitatem, ſed
92 tantummodo † ſuccedentes in feudo. vt notat Andr. de Iſern. in c. Si minori. nu. 7. in fin. Si de feud. defuncti milit. ſequitur Capic. in d. § Feudorum iuramenta. col. 3. Nec ab re, quia cum feuda alienantur, Rex præſtat aſſenſum, & ideo cenſetur Regem acceptaſſe vaſſallum emptorẽ ad eius obſequia.

An autem ſcripturarum Euangelicarum tactus in ſpecie requiratur, in præſtatione huius
93 † iuramenti? In hoc fuere diuerſæ ſententiæ, & tactum requiri eorundem tenuerunt Gloſſ. in clem. 1. §. Porro in verb. Tactus de Hęret. Accurſ. Bartol. Bald. Abb. Panor. Didac. Couar. Franciſc. Marc. Iacob. Philipp. Portius, & Purpuratus in locis à me relatis in Commentar. de Magiſtratuum Edict. lib. 1. cap. 12. Contrarium
94 † vero tenuerunt Andr. Alciat. Menoch. Ioan. Baptiſt. Ferrett. Emanuel Suarez, & Bonacoſſa. quos retuli in loco ſupracitato. Vbi feci quã dam diſtinctionem ibi deſcriptam. Sed in particulari tenui, quòd vbi ſit expreſſio tactus ſcri-
95 pturarum ſacrarum ità faciundum ſit † ex Panor. Andr. Barbatia, Ancharano, Antonio Corſeto, Iaſone, & Couarruuia. ibi me refero. Sed alios plures nouiſſimè allegat Petr. Cenedo. Collect. iuris canonic. 108. nu. 6. par. 2.

Et licet Prælati, ac perſonę Eccleſiaſticę, atq; Epiſcopi non teneantur ſacra tangere, dum
96 † iurant. c. Si quis præsbiter. 2. q. 4. Gloſſ. in c. Vt circa de elect. in 6. tex. in c. fi. de iur. cal. quẽ ad hoc dicit ſingularem Panor. & Andr. Sicul. & poſt ipſos Anton. Corſet. in Rub. de Iureiur. quæſt. 4. Guido Pap. in deciſ. 615. Tamen ſpecialiter Epiſcopi dum ſummo Pontifici fideli-
97 tatis iuramentum † præſtant, tactis ſacris Euã gelijs, illud faciunt. c. Ego. N. in fin. de iureiur. ibi, & hæc ſancta Euangelia. & ſic etiam quando præſtant omnem fidelitatem. Gloſſ. in clem. 1. in verb. Tactis. de iureiur. Lancellot. Conrad. in templ. omn. iudic. lib. 2. cap. 5. §. 3. de ſolicitudin. & offic. Epiſcop. num. 40. Quamquam Bald. & poſt eum Capic. in d. §. Feudorum iuramenta col. 4. verſ. Iuramentum fidelitatis, vel aliud dixerint, ſufficere, ſiue præſtetur ſuper
98 veteri teſtamento, ſiue ſuper † nouo, aut ſuper altari, vel ligno Crucis, aut ſanctorũ reliquijs. Quod ego per præfata, ac per alia pluta, quæ inducere poſſem minimè admitterem. Et idcir co per quàm optimè ſuper ijs, ac ſimilibus iu-
99 ramenta fieri prohibitum † eſt in Hiſpania. vt in l. Tauri. 67. Vbi Anton. Gomez. Et in eadem Hiſpania per conſuetudinem expeditum eſt, quòd Prælati à Rege feuda recipientes, ſi contraueniunt iuramento, etiam Homagij, quod plus eſt, vt cõtra proditores proceditur in eos, vt olim ſeruatum fuiſſe in perſonam Magni Ma-
100 giſtri Equitum † de Alcantara ſcribit Oldrad. in conſil. 93. per totum, ſequitur Anton. Scappius de iure non ſcripto. lib. 1. cap. 6. in fin.

Quantum verò ad formulam ſextæ ſpeciei
101 iuramenti aſſecurationis, cuius ſupra † meminimus, habet & illa ſuos modulos, nam ſi præſtetur à domeſticis, & familiaribus, & ab habitatoribus ſub Domini iuriſdictione, vt dictum eſt, tex. in d. c. 1. Qual. vaſſal. iurar. deb. dicit, quòd iurabunt cuſtodire vitam Domini, membrum, mentem, & eius rectum honorem. Vix facere poſſum in hoc, vt nõ dicam, quod ſentio, contra mentem Andr. de Iſern. & Aluarot.
102 † qui dicunt, quod tex. in d. c. 1. Loquitur de domeſticis, & familiaribus, Puta (ipſi dicunt) de vxore, & filijs. Quod eſt pœnitus contra textum eiuſdem legis, quæ non loquitur, niſi de familiaribus, & domeſticis, in quibus, & ſi vt ſuperius concluſi, veniant ſupradicti. Attamen tex. dicit de ſubdito habitante ſub eius iuriſdictione, & ſic vxor, & filius, non poſſunt realiter dici ſubditi Domino, Marito, vel patri, rari enim reperiri poſſent Domini, vel Barones, exercentes iuriſdictiones in vxores, & filios; eſſet enim contra votum coniugalis, ac paterni amoris. Quo vero ad familiares, & domeſticos, dicendum eſt ſolum loqui textum de familiaribus, & domeſticis ſtantibus ad ſeruitia, ac de officialibus ei inſeruientibus, & non alijs. Et cũ formulam, qua iſti domeſtici tenentur præcauere eorum iuramento, nec Accurſus, Iſernia, Aluarot. & alij exactè declarauerint, Ego bre-
103 uiter, vt mihi ſonare videntur † illa verba, relinquẽdo ſubtilioribus ingenijs ansã exactius declarandi, ſic declarabo. Iurant cuſtodire (vitam) quia cum ſint familiares fortè deputati ad perferendas dapes in menſa, ac Epulas, vt ſunt hodie apud Magnos Principes, hi, qui prę guſtando faciunt Domino credentiam, quos (vulgus ſcalcos nominat) Ij, ne videantur inſidias parare Domino, ſed cuſtodire vitam. vt

voluit

voluit Accurſ. in cap. 1. §. 1. Quid ſit inueſtitur. tenentur iurare, & ſic conſeruare ipſum indemnem à veneni propinatione, & ità conſeruare, & cuſtodire vitam. Vt plurimum enim magni Principes ità moriuntur, ſic dicunt Alexandrũ
104 Macedonem † ab Iola præguſtatore, filio Antipatri, aſpirantis ad Regnum, fuiſſe veneno extinctum, quòd Caſſander frater in iumenti
105 † vngula attulerat ex fonte Sucyſtige. vt ſcripſere Quintus Curtius. lib. 9. in fin. Arrianus Nicomedenſis. lib. 7. ex ſaxo Nonacridis manare aquam ſcribit Diodorus in Alexandro. hoc & Plutarchus aſſeruit in eodem Alexãdro. Sic,
106 & Mahometes † Arabs, vaſtata Syria, & Damaſco, eiuſque regione, veneno à domeſticis exhibito, perijt. Carolus Caluus Gallorũ Rex
107 † à Sedechia medico, venenato medicamine interijt. vt eſt author Paul. Aemilius. lib. 3. & notiſſimè Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. 5. In finita ſunt propemodum exempla, quæ afferri poſſent, & ommittuntur.

Sequitur in textu ibi (Membrum) quemadmodum domeſtici debent cuſtodire, & conſeruare Domini vitam, & ſic totalem corporis compagem, ſic etiam, & membrum, cũ eadem ſit ratio totius quoad totum, ac partis, quoad
108 † partem, vt voluit Ariſtoteles lib. 1. cap. 1. l. Quæ de tota. ff. de rei vendicat. Principi eadem eſt offenſa ſi lædatur in membro, ſicut ſi lædatur in vita; Dedecet enim Principem eſſe membris mutilum. Et ideo, quandoq; Ageſilao
109 Lacedemoniorum Regi virtuoſiſſimo, † vitio tributum fuit, quod claudus eſſet.

Sequitur in textu ibi (mentem) Andr. de Iſern. ibi nu. 4. in fine. textum declarat, dicendo mentem, ſcilicet perſonam Iacob. Aluarot. ibi corrigit, dicens, ſi habes in textu, mortem, procedit de plano. Sed ſi, mẽtẽ, interprætatur, quòd non reuelabit mentem Domini, ideſt ſecretum, arg. c. 1. de Form. fidelit. Prima ipſo-
110 rum correctio, quòd velit † dicere, mortem, mihi non ſatisfacit, quia I. C. bis idem replicaſſet poſt quatuor verba, & Battalogiæ illum criminaremur, cum prius dixiſſet, quòd cuſtodiret vitam, qui cuſtodit vitam non procurat mortem, & è conuerſo, mortem procurans malus eſt cuſtos vitæ; Ità vt mihi magis arrideat, vt omnes textus dicunt, mentem. Quo ſic ſtante, nec credendum eſſe arbitror declarationi
111 Aluaroti, qui declarat, † mentem, ideſt ſecretum. Quia ſi de ſecreti retentione facienda, ac non patefacienda, loqui voluiſſet, ſicut in eodẽ contextu ſupra dictum fuerat, quod ſibi cõmiſiſſet, non panderet. in c. 1. de noua for. fidelit. ibi, & ſi aliquid mihi de ſecreto manifeſtaueris illud ſine tua licentia, nemini pandam. Idcirco dum de ſecreto minimè propalando, loqui voluit, verbis claris aperuit de ſecreto non manifeſtando, non autem de mente, ſed longè aliter ſonat illud verbum, altiorem rem intuitus.

112 Legislator itaq; dicere voluit, de mẽte † priè ſumpta, prout eſt in corpore humano. Eſt autem mens facultas principalis ipſius animæ, idcirco apud Ariſtotelem lib. 7. Politicor. c. 15. dicitur, mentem eſſe habitum animæ rationa-
113 lis. † Eſt enim mens in anima, vt viſus in corpore. Idem Ariſtoteles. lib. 1. Moral. Nichomachior. capit. 6. in fi. Et ideo Philo Iudæus in lib. de Mundi Opificio, dicit, quòd ſic eſt mens in
114 anima, vt † oculus in corpore. Et alibi appellatur mens animi inſtrumentum, vt manus corpori. vt dicit idem Ariſtoteles. Problem. 1. ſect. 30. Appellatur ab aliquibus intelligentia, qua ſolus homo præditus, cæteris animalibus antecellit, qua res incorporeas ab omni materia abſtractas, contemplatur. Hinc meliorem,
115 & † diuiniorem partem in anima, mentẽ eſſe dixit Simplicius lib. 6. Phyſicor. 32. de qua Albertus Magnus, Magnor. Moralium. lib. 1. tract. 1. cap. 1. Et mentis vmbram eſſe animam, & ani-
116 mæ † vmbram corpus, appellauit Marſilius Ficinus in Philebo Platonis. cap. 21. & mentem cor cordis, & animam animæ à ſapientibus ap-
117 pellari, ſcripſit Leo † Hebræus Dialog. Amoris. 3. Propterea cæteris alijs animæ facultatibus animam emiñere, nonnulli dixerunt. Vnde Cicero Homini (inquit,) ſiue natura, ſiue
118 Deus, nihil mente † præſtantius dedit. Hinc ferunt Thaletem Mileſium dixiſſe, velociſsimũ
119 omnium, quæ ſunt mentem † eſſe, ac tantæ celeritatis, vt vno temporis puncto, Cœlum, Maria, Terras peruolet. Inde Lactantius Firmianus in lib. de Opificio Dei. c. 16. Videtur enim
120 (inquit) mens, quæ dominatum † corporis tenet, in ſummo capite conſtituta, tamquàm in Cœlo Deus. Quibus alludit illud Virgilij:

Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem.

Hinc idem Lactantius lib. 7. cap. 11. dicit,
121 mentis opera ſoli Deo eſſe nota. † Quia ipſa meditatur, & ſic capitur verbũ os, de quo Dauid Pſalm. 36. Os iuſti meditabitur ſapientiam. Et ideo diuinis ſenſibus, & intellectibus, non hominis neq; Angelorum, ſed Dei miniſterio
122 † mens impletur, vt inquit Hierony. in Cantica Canticor. Homelia 1. Vnde cũ mens idem ſit, atque intelligentia, anima hominis ex hac tria de conſtat, ex mente, ſiue intelligentia,
123 † voluntate, & memoria. Cum enim homini ſit tributa facultas, qua applicatur ad bonum, vt ad illud ſempiternum, ad quod fuit cõditus, poſſit applicari, ideo data eſt ei facultas, qua bono ſe cupiat applicare, & iſta eſt voluntas; Ex petere verò nequit, niſi intelligat, & hoc operatur facultas alia, quę intelligentia nominatur. Sed cum animus noſter non ſemper in eadem cogitatione inſiſtat, ſed ad actus alios tranſeat, fuit illi receptaculo opus, in quo conderet, ceu in Theſaurum rerum abſentium cogitata, ne poſterioribus ſubeuntibus, priora

excideren̄t, quod vocatum eſt memoria, quas res, cum vſus expoſcit, repetat, ac depromat, vt poſt antiquiores voluit Ioannes Ludouicus Viues. de Anima lib. 2. cap. 1. Et hæ tres facultates, vt Galenus ait, in Cerebro ſitæ ſunt, ſequitur nouiſsime Vitus Amerbachius de Anima lib. 3. cap. de ſede Animæ, & nouiſsimè Ambroſius Parẽus de Anatome humani corporis. lib. 23. cap. 11. & de eis ex Ariſtotele loquitur Hermolaus Barbarus in Compendio ſcientiæ naturalis. lib. 5. & ex Platone elegantiſsimè tradidit Stephanus Theupolus Patritius Venetus Academicarum contemplationum lib. 2. cap. 2. Dum itaq; tex. voluit cuſtodiri mentem Domini, ad illam conſeruandam reſpexit, ne familiares, & domeſtici, per Epulas, ac potiones, & illarum exhibitiones, eandem Domini mentẽ ab alienent, illiq; per noxias exhibitiones Epularum, atq; potionum Phræneſim inducant, dementem, eadem mente captũ, amẽtem illum reddant, aut mortẽ ex inde inducãt. Hinc Ariſtoteles lib. 2. Magnorum moralium, ſcribit, quandã mulierem cuidam viro poculum amatoriũ porrexiſſe, † ex illo ſubinde illum mortuũ cęcidiſſe. Benè itaq; Rex Rogerius Northmannus, in hoc Regno Neapolitano prohibuit dari amatorias potiones. vt in Conſt. Reg. Poculum † amatorium, cum ex ijs amatorijs poculis mortem oriri ſæpius, cenſuit Hippolyt. de Marſil. in l. Eiuſdem. §. Adiectio. ff. de ſicar. Sic Cæſonia, Caij Caligulæ Imperatoris vxor, dum illi, vt ardentius amaretur, † poculum porrexiſſet, in furorem adactum, dementem fecit. vt eſt author Suetonius in Caligula. cap. 43. & Ioſephus Antiquitat. Iudaicar. lib. 19. cap. 2. de quibus Iunius Iuuenalis ſic inquit:

Si non
Et furere incipias, vt auunculus ille Neronis
Cui totam tremuli frontem Cæſonia Pulli
Infudit

Eodem modo Lucius Lucullus † poculo amatorio extinctus eſt. vt dicit Plin. lib. 25. c. 3. Ardanaſtus Græcus beneficiorum immemor Pãbę Gothorũ, & Hiſpaniarum Regi Catholiciſsimo in potu herbã poſuit, qua illius memoria † turbaretur. vt dicit Roderic. Epiſcop. Toletanus Hiſtor. lib. 3. c. 11. & Io. Magnus Hiſtor. Gothor. & Suenonũ. lib. 16. c. 22. Hæc itaq; legislatorem voluiſſe mihi videtur, non autem, quæ Andr. de Iſer. & Aluarotus comminiſcuntur. Nec enim eorum declarationi non aſſentior, vt contradicendi ſtudio gloriam aucupem, quod inane mihi videtur, ſed vt aperiam meam ſententiam, alij ſuam dicant, vel inter vtranq;, ſententiam proferant iudicij melioris, quibus ſemper obediam. Cætera verò illius contextus plana ſunt.

Hoc vnum annotatione dignum eſt in hoc Regno Neapolitano, minimè poſſe Barones, aliosq; Principes petere ab eorũ ſubditis hoc aſſecurationis iuſiurandum, niſi licentia deſuper obtẽta † fuerit. vt in Cõſt. Comite, vel Barone. vbi glo. Andr. de Iſer. Afflict. & alij. alias amiſſione feudi aliorumq; bonorũ † punitur, ipſorum quilibet. Andr. de Iſer. in c. Si minori nu. 7. Si de feud. defunct. milit. ſequitur Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 1. Author. 4. nu. 2. Petr. de Gregorio Sicul. de conceſſ. feud. parte 8. q. 16. §. Tertio. num. 1. vbi Don Garzias Maſtrill. in Apoſtillis.

Animaduerſione etiã dignũ eſt q̃ qñ vnus habet à Rege conceſſionẽ rerũ feudalium, vel Burgenſaticarũ in terra, aut Ciuitate alicuius Comitis, vel Baronis, eo caſu ille Baro, iuramentũ † tab illo poſſidente feudũ, vel rẽ, petere non poſt. vt dicit Andr. de Iſer. in c. 1. nu. 7. qualit. vaſſal. iurar. deb. vbi ſic concludit per plures rationes. Seqtur Pariſ. de reinteg feud. c. 248. An poſſidẽs. fol. 136. dicẽs, ipſum ità decreuiſſe in facto in quæſtione tunc vertente inter Ducem Sueſſę, & Comitẽ Venafri. Dux enim poſſidebat feuda in territorio Comitis, Comes p̃tendebat ab eo iuramentum, decreuit, q̃ non tenebatur, quia tenebat feuda in capite à Rege, & q̃ Par in Parem non habet Imperiũ. Hoc tñ vltimum dictum, quoad † dictam deciſionem ego non probarem, quia in ſimili caſu, non eſt paritas iuriſdictionis, quæ impediat præſtari ſimile iuramentum, quia Baro habens à Barone tenetur iurare, ſed eſt ratio in propoſito caſu, quia immediatè poſſidet à Rege, & ideo ratione ſuperioritatis, non tenetur ſe ſubmittere Baroni, cum teneatur iurare Regi, & dum Rex conceſsit, videtur conceſsiſſe cum eiſdem iuribus † ſibi ſpectantibus. vt dicit Andr. in loco ſupra allegato. quem ſequitur idem Paris in cap. 250. An ſi aliquis. nu. 2. fol. 137.

Quoad tertium quæſitum, an fidelitatis iuramẽtum, feudalem inueſtituram † præcedere debeat? Hoc dubium eſt terminatum. in cap. 1. Quid præced. deb. inueſtit. an fidel. in quo concluditur inueſtiturã p̃cedere oportere. Nec ſine ratione, q̃a ſi iuramentũ p̃cederet, eſſet quędam abſurditas, & iuramentum eſſet quodammodo vanum, & fruſtratoriũ, iuraret enim ſeruare fidelitatem tali Domino, pro tali feudo concedendo, vel inueſtiendo. Quæ inueſtitura ex multis poſſet fruſtrari, quid enim ſi dñus voluntatem mutaret? aut alio modo impedimentum inſurgeret, quominus inueſtitura, & conceſsio ſubſequantur? Nonne vaſſallus deriſus haberetur, cum iuraueric, & ſine feudo remaneat? Probari etiam ſupradicta concluſio poteſt ex tex. c. 1. in fin. de Noua form. fidelit. vbi dicitur, inueſtitura vero facta, & fidelitate ſubſequuta, omnimodo cogatur Dominus inueſtitum in vacuam † poſſeſsionem mittere. Ex quibus patet inueſtiturã præcedere oportere.

Tamen Andr. de Iſer. Aluarot. Præpoſit. Afflict. & alij. in d. c. 1. Quid præced. deb. dicunt Realem inueſtituram ſubſequi iuramentum,

136 ſed abuſiuam † Inueſtituram præcedere opor-
tere, adeo ut iuramentum præſtandum ſit in
medio vtriuſq; inueſtituræ; & in hoc nemo diſ-
ſentit. Hanc tamen inueſtituram Abuſiuam ver
balem, rectius appellauit ibi Bald. & demum
dicit ſubſequi debere iuramentum fidelitatis,
& vltimo loco Realem inueſtituram. Dic ex-
137 plicatius, fieri inſtrumentum † conceſſionis,
vel infeudationis rei in feudum datæ à Domi-
no, facitq; dictam inueſtituræ verbotenus, per
Fuſtem, Haſtam, Anulum, & ſimilia, quæ à Do-
138 mino ipſi † vaſſallo porriguntur. vt in c. 1. in
princip. Quid ſit inueſtitur. Accipit exẽplum
huius verbalis inueſtituræ vaſſallus, & in ſimul,
aut alternatim, Fuſtem, Haſtam, Anulum, vel qd
ſimile Domino recognoſcendum exhibet in ſi
gnum factæ verbalis inueſtituræ. vt dicitur in
c. 1. §. Si duo. de pace tenend. & eius violat. ibi,
cum inueſtitor Donum inueſtituræ cognoſcit.
Ex hac verbali, vel abuſiua inueſtitura, neque
poſſeſsio, nec vtile Dominium Rei nouiter in
139 feudum † conceſſæ, vaſſallo tribuitur c. Ex ore
de his quæ fiunt à maior. part. capit. arg. l. Cum
hæredes. in princ. ff. de acquir. poſſeſs. & c. Per
tuas. de donat. Andr. de Iſer. in proœm. feudor.
num. 43. 44. & in c. 1. in princip. nu. 2. Quid ſit
inueſtit. Marian. Socin. Nepos in cõſ. 75. nu. 36.
vol. 2. & in conſil. 1. num. 89. vol. 4. Ioan. Cæph.
in conſil. 468. nu. 74. vol. 4. Dicunt tamen, inue-
140 ſtito per eãdem verbalem, ſiue abuſiuam † inu-
eſtituram, tributã intelligi vaſſallo, licentiam
propria authoritate capiendi poſſeſſione rea-
lem ipſius feudi conceſsi. Innoc. Panor. & alij.
in c. 2. de Conſuet. Doctor. in dicto c. 1. Quid ſit
inueſtit. Bald. in rub. C. de contrahend. empt.
q. 18. Angel. in l. Papinianus. § 1. ff. de inofficioſ.
teſta. Iul. Clar. in §. Feudum q. 26. in princ. ante
illũ Iacob. Ardizon. in sũma. c. 39. Ex his. Iacob.
de ſanct. Georg. in d. inueſtit. §. Inueſtiui. nu. 3.
Guliel. Hanneton. de iur. feudor. lib. 1. cap. 7.

Hæc tamen abuſiua, verbalis, ſeu impropria
inueſtitura, ſi eſt dominus præſens in loco Rei
in feudum conceſſæ, vel ità vicinus, quòd cor-
poraliter demonſtret, & corporalẽ, ac vacuam,
& expeditam, per verba eidem vaſſallo poſſeſ-
141 ſio, & vtile dominium verè traditum † eſſet.
argum. l. Quod meo. §. Si venditorem. ff. de ac-
quir. poſſeſs. l. Claudius. ff. de contrah. empt.
Andr. de Iſern. in dicto cap. 1. num. 2. Quid ſit
inueſtit. Hanneton. in dicto cap. 7. Andr. Tiraq.
iur. conſt. parte 3. limitat. 6. num. 4. Si verò feu-
dum, & res conceſſa, eiuſque demonſtratio ſit
de longinquo, quòd oculis nõ faciliter demon
142 ſtrari poſsit, vtiq; eius † rei dominium, vel
poſsesſio, non transferuntur, & intelligenda
eſt opinio Iacob. de Ardizon. in dicto cap. 39.
ſequitur Iacob. in dicto §. Inueſtiui. nu. 3. arg.
l. Si ager. ff. de rei vendic. l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ.
& Hanneton. vbi ſupra. apud eoſdem ha-
143 betur quæſtio, quis præferatur † habens poſ-
ſeſsionem abuſiuam, an qui habet realem? &
alia in hac materia.

Eadẽ abuſiua, ſiue verbalis inueſtitura pro-
144 batur, vel per Curiæ pares, vel per breue † te-
ſtatum c. 1. de feud. guard. c. 1. in princ. qui teſt.
ſunt neceſs. c. 1. §. 1. §. Itẽ vaſſallus. §. Si quis de
manſo. Si de inueſtit. feud. contro. inueſt. Andr.
in c. 1. in princ. Quib. mod. feud. conſtit. Quod
breue teſtatum aliqui inſtrumẽtum publicum
appellant, id tamen non admitto, quia de pro-
145 batione † per inſtrumentum, habetur in c. 1. in
princ. Quid ſit inueſtit. & in c. 1. Si de feud. vaſ-
ſal. ab aliq. appell. & Andr. in d. c. 1. quib. mod.
feud. conſt. vbi etiam loquitur de priuilegio.
Vnde ego dicerem, non eſſe aliud breue teſta-
146 tum, niſi aliquod memoriale, vel aliqua † car
tula, in qua breuẽ atteſtationẽ, dñs ſua manu
feciſſet, vel aliena manu ſcriptam ſua manu fir-
matam, & ſigillo munitam, in qua aſſerat inue-
ſtiſſe Titium de tali feudo, & hãc teſtationem,
probationem vocat Franciſc. Hotom. in d. c. 1.
in princ. de feud. Guard. Breue teſtatum, ideſt
teſtationem literis conſignatam, & alibi dici-
tur, per chartam, per ſcripturam, per libellum.
Et huc ſpectat breuis ille, cuius meminit Ardi-
zon. in ſumma c. 78. Sed ſi dubitetur. Vbi dicit,
an probet breuis, in quo ſunt ſcripta nomina
poſſeſſionum feudi? quem ſequitur Paris de Pu
teo. de reintegr. feud. c. 75. Et iuxta n. 15. fol. 47.
147 quamq; quod dicit Ardizon. † ego intelligo,
de libro Dñi, in quo sũt annotata nomina Feu
dorum. de breue vero teſtato, meminit Io. Fer-
rar. Montan. in vſus feudor. lib. 3. c. 1. col. 4. verſ.
Si verò pares. ibi, vnius teſtimonio, & ſigillo an
te eos Bal. in c. 1. in princ. nu. 3. cũ pluribus ſeq.
de cõtrouerſ. inueſtit. De inueſtitura, vero pro
pria, & reali ità nota eſt omnibus, & ideo de ea
vlterius dicendũ non erit, cũ inueſtitura ppriè
148 nil aliud ſit, niſi poſſeſſio † c. 1. in princ. quid
ſit inueſt. & ibi Andr. nu. 1. Idem Andr. in c. 1. in
princ. ſub verſ. hoc in Regno. Quib. mod. feud.
conſt. poteſt. & voluit Ioan. Vincent. Annius in
allegat. 144. nu. 2. Hieron. Grat. in cõſ. 9. nu. 114.
vol. 1. Portius in conſ. 2. n. 48. An verò inueſtitus
per Anulũ, vel quid ſimile à Dño, tamen dicen
te, q talis inueſtitura habeat vim Realis, & cor
149 poralis † poſſeſsionis, dicatur realiter inueſti
tus declarat Afflict. in deciſ. Neap. 299. p totũ.

In Regnis tñ Neapolitano, ſeu Siculo, loco in-
150 ueſtituræ, ſufficit habere priuilegiũ, aut † aſſe-
curationis literas à Rege cõceſſas. vt in conſt.
151 Dignũ. † voluit Andr. de Iſer. in c. 1. nu. 4. verſ.
Confirmatur. Quo tẽpor. mil. in c. 1. in princip.
Quib. mod. feud. conſt. pot. in c. 1. §. Sciendum
nu. 4. ſub verb. Inueſtitura. de feud. cognit. & in
Rubr. Quid ſit inueſtit. in fi. & in c. 1. §. Si mino-
ri. num. 7. in fin. Si de feud. defunct. milit. in c. 1.
nu. 3. Quid prœced. deb. Martin. Laudenſ. in c. 1.
in princip. nu. 27. verſ. Fallit in Regno Siciliæ.

de

de his, qui feud. dar. poſs. Antonius Capic. in inueſtitur. Feudal. § Feudorũ inueſtiturę. col. 5. verſ. Inueſtitura in Regno. Guliel. Hãneton. in lib. 1. de iur. Feud. c. 7. in princ. Paris de Puteo de reintegrat. feud. c. 76. Sequitur. nu. 14. cum pluribus ſeq. fol. 49. Nouiſsimè Franciſc. de Amicis in c. 1. § Habet. nu. 9. fol. 104 de his, qui feud. dar. poſſ. Petr. de Gregor. Sicul. de conceſſ. feud. parte 5. q. 4. num. 22. 23.

Sed inueſtiente per abuſiuam, vel verbalem inueſtituram, mortuo, cum ſint ſtatuti probationum modi, vt per Doctores ſupra notatos,
152 pulchrum † probationis exemplum protulit Abbas Veſpergenſis in Chronico anni 808. Ducatũ Sueuorum (inquit) viuente adhuc Othone Duce, Henricus Imperator, Bertholdo Comiti promiſerat, eiq́ue Anulum ſuum, velut huius rei commonitorium dederat, quem ille diligenter ſeruans poſt amborum obitum, Imperatoris ſcilicet, & Ducis, Imperatrici Agneti, Imperium tũc diſponenti obtulit, eamq; anulum agnoſcentem, pro Ducatu ſibi commiſſo, commonuit. Hæc Verſpergẽſis. Sed crederem hoc ſolo Realem inueſtituram minimè concedẽdam, non præcedente breue teſtato, ſcriptura, vel priuilegio, aut parium teſtimonio.

Quoad quartum quæſitum, an fidelitatis iu-
153 ramentum, remitti valeat? Dicendum eſt, † minimè ambigi à principio inueſtiturę à Domino fidelitatis iuramentũ remitti poſſe, ſunt enim
154 feuda nonnulla, pro quibus fidelitas † præſtanda nõ eſt. c. 1. § Eſt, & alia ingratitudo. Quæ ſit prima cauſ. benefic. ami. cap. 1. §. Nulla. per quos fiat inueſt. & vtrobiq; Andr. de Iſern. Anton. Capic. in inueſtit. Feudal. §. Feudorũ iuramenta. col. 4. Pariſ. de reintegr. Feud. c. 9. Pone. nu. 22. Franciſc. de Amic. in c. 1. § Natura. nu 8. fol. 117. de his, qui feud. dar. poſs. Frãciſc. Duaren. in Conſuetud. feudor. cap. 13. nu. 1. in fin. Abb. Panor. in conſil. 82. nu. 7. vol. 1. Franciſc. Sonsbech. in vſus feud. parte 2. num. 33.

Quoad quintum, an poſsit remitti fidelitas?
155 videtur dicendum remitti poſſe † arg. d. c. 1. § Eſt, & alia. Quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt. ibi, vt pro his fidelitas non ſit præſtanda. Sed tñ omnes Doctores in præcedenti quæſtione deſcripti tenuerunt cõtrarium, fidelitatem remitti minimè poſſe, quia ille text. interpretatur de iuramento fidelitatis, vt habetur ſimile. in c. 1. § Nulla. ibi qui fidelitatem facere recuſat. Per quos fiat inueſtit. & in c. 1. §. Omnes filij. ibi fidelitatem facere debent. Si de feud. defunct. cont. ſit. & voluerunt Iacob. de Beluiſ. in Prælud. Feud. col. 2. Iacob. Aluar. & Præpoſ. in prælud. Diuiſion. 11. & ſic intelligenda ſunt ſcripta Iacob. de Ardiz. in ſumma. cap. 4. Dicitur autem. Hoc idẽ voluit Pernus Sicul. in conſil. 5. in princ. Iacob. Menoch. in conſ. 1. nu. 29. in conſ. 65. nu. 43. vol. 1. Franciſc. Sonsbech. in vſus feud. p. 2. n. 33. Io. Cęph. in conſ. 549. n. 35. vol. 4. Cauſam ego credo, nec dominus remittens fidelitatem, faciat eum in fidelem, ac proditorem, & eſſet pactum delicti cauſatiuum, & ex alijs etiam, vt dicam in ſequenti quæſtione.

Quo verò ad ſextũ, & vltimum, an fidelitas ſit de feudi ſubſtantia? Dicunt oẽs ſupradicti Doctores, ea de cauſa iuramentũ fidelitatis remitti poſſe, fidelitatẽ vero minimè, quia eſt de
156 ſubſtantia ipſius feudi, cũ feudũ † dicatur à fidelitate, qđ dicit textus incauillabilis. in d. c. 1. §. Nulla. Per quos fiat inueſtit. ibi, Nulla autẽ inueſtitura debet fieri ei, qui fidelitatem face-
157 re recuſat, cum à fidelitate † feudum dicatur, vel à fide. cuius authoritate ita voluit Iacob. Ardizon. in ſumma. c. 4. Incip. Dicitur autẽ. Io. Blanch. in ſumma. Rub. 1. verſ. Item feudum. Iacob. de Beluiſ. in prælud. col. 2. Bald. col. 4. verſ. Secundo quæritur. Aluarot. colum. 4. verſ. quarto quæritur. Hoſt. in ſum. tit. de feud. § Vn de dicatur. Martin. Laudenſ. in c. 1. in princ. nu. 23. verſ. Quæro vnde dicatur. de his, qui feud. dar. poſſ. Vnde dicit, non valere pactum inter
158 Dñm, & vaſſallum, q̃ vaſſallus † non cadat à feudo prõpter Felloniã, quia inuitaretur vaſſallus ad delinquendum. arg. l. Conuenire. ff. de pact. dotalib. l. Si vnus. §. 1. ff. de pact. Hanc eandem opinionem tenuit Cardin. in c. fi. q. 15. de feud. Io. de Imol. in c. 2. col. 13. verſ. Secundo tangit. eo. tit. Iaſ. in prælud. q. 3. nu. 28. Sed poſt antiquiores antè omnes voluit hoc idẽ Andr. in d. §. Nulla. nu. 2. in c. 1. §. Porro. num. 18. verſ. Sed ſi feudetur ſimpliciter. Ex quib. cauſ. feud. amitt. in c. 1. §. Si minori. num. 5. Si de feud. defunct. milit. Panor. in conſil. 82. nu. 2. vol. 1. Afflict. in deciſ. 129. nu. 2. Deci. in conſ. 413. nu. 2. Marian. Socin. Nepos in conſ. 102. nu. 1. vol. 2. Io. Raynaudi in repet. c. Imperialem. §. Illud quoq; præcipimus. nu. 7. 12. de prohibita feud. alien. per Frideric. Claud. de Seiſſell in Specul. feud. & tit. de Diffin. & inuent. feud. colum. 76. verſ. Et per cõſequens ſequitur. & col. 80. verſ. Dicitur autem feudum. Franciſc. Sonsbechius in vſus feud. par. 2. nn. 33. Hotom. in d. §. Nulla. in verb. Cũ à fidelitate. Barthol. Camer. in d. c.
159 Imperialẽ, col. 3. vbi dicit, baſim, † fundamentum, ſubſtantiã, atq; ipſius feudi eſſentiam eſſe fidelitatẽ. & eius Simia, à quo, vt mihi pluries
160 teſtatus eſt, feudales riuulos † didiciſſe. Franciſ. de Amic. in d. c. 1. § Habet. nu. 6. fol. 103 de his, qui feud. dar. poſſ. qui inquit, q̃ fidelitas feudo ineſt, vt calor igni, à quo ſeparari neqt. Iacob. Menoch. in conſ. 1. nu. 32. in cõſ. 2. n. 265. vol. 1. in conſ. 156. nu. 13. vol. 2. Afflict. in deciſ. 320. nu. 4. Io. Neuizan. in conſil. 11. Camerar. in c. 1. nu. 50. An agnat. Iul. Clar. in § Feudum q. 5. Nicol. Boer. in cõſuetud. Bituric. tit. Des coſtumes des Fiefz. § 3. col. fin. Auguſtin. Berous in conſ. 115. nu. 8. vol. 1. Io. Cęph. in cõſ. 369. nu. 10. vol. 3. in conſ. 549. nu. 36. vol. 4. Ant. Sola in decret. Sabaud. in decret. Rẽpublicã. Glo. 3. primę

partis. num. 3. in fin. & nouiſſimè Marchio de Ponte in conſil. 2. nu. 13. in conſil. 30. num. 34. vol. 1. Petr. de Gregorio Sicul. de conceſſion. feud. parte 1. q. 9. nu. 7. & 8. vbi Don Garzias Maſtrill. in apoſtill.

Alij dicũt, feudum dici à fieri, & ſic à faciendo, qa propter fieri datur, vt †ſcripſiſſe Henri cum Archiepiſcop. in ſumma ſua. §. 2. voluit Anton. de Prato veter. in c. 1. de his qui feud. dar. poſſ. retulit Iaſ. in prælud. feud. nu. 28. Qua ratione aſſerunt feudi conceſſionẽ eſſe cõtractũ †innominatũ, do, vt facias, & cõpetere actionẽ præſcriptis verbis. quod etiã aſſerũt Claud. Seiſell. & Camerar. in locis allegatis. Tñ cõtractũ nominatũ eſſe voluit Bal. in conſ. 327. vol. 1. Socin. apud Albert. Brun. in conſ. 10. nu. 21. Rubeus Alexandrin. in conſ. 130. nu. 8. Io. Cephal. in conſil. 302. nu. 121. vol. 3. Io. Baptiſta Caccialup. in rep. c. 1. de feud. cognit. parte 5. nu. 9.

Alij verò dictũ volunt feudũ †à faciendo, qa vaſſallus teneatur ſeruire Dño facto, & dicto. vt ex Odoffred. in ſumma dicit Iaſ. in loco allegato. Io. Raynaud. & Seiſell. vbi ſupra.

Alij autẽ à fœdere dictum volunt, †cuius fuit author Vdalrich. Zaſi. in tract. Feudor. parte 1. tit. de origin. feud. quem ſequitur Camerar. vbi ſupra. Sonsbech. parte 2. num. 31. in fin.

Alij nouiſsimo loco feudũ potius † à Faida denominatum putant, vel à verbo Germanico Feed, quod Guerram ſignificat, cum vaſſallus †Dãm iuuare teneatur in bello. Vel à Feida quod eſt inimicitia. vt in Longobard. tit. de homicid. l. Si quis. vbi dicitur, quia filiæ eius, ꝙ fœmineo ſexu eſſe probantur, non poſſunt ipſam Faidam leuare. Et inde dicitur, diffidatio illa, dum quis ad bellum, aut ſingulare certamen pronocatur. vt non ineptè plura adducẽs, voluit Franciſc. Hotoman. in diſput. Feudiſtica. cap. 1. & in Commentar. verbor. Feudalium. in verb. Faida. Quam Etimon calluit etiam Accurſ. in c. 1. §. Hoc autem. in verb. Legibus in fin. de his qui feud. dar. poſſ. vt rectè animaduertit Camer. in dicto c. Imperialem. colum. 3. Ioan. Thom. de Marin. de generib. & qualit. feud. tit. 15. nu. 1. Hinc ſumptam arbitror Fidam, & Diffidam, quam aliqui † Barones ſoluere faciunt ab hominibus clandeſtine damnificantibus eorum nemora, & paſcua, de quibus ago in commentar. de Magiſtrat. edict. lib. 4. Ex quibus apparet fidelitatem eſſe de ſubſtantia Feudi.

ARGVM. CAP. LXV.

Patres in Regnis Catholici Regis, filios habent ſub eorum poteſtate. An Galli, contra quorundam opiniones latè diſcutitur? De Patriciatus dignitate nonnulla diſſeruntur.

COMPENDIVM.

1 *Filios non eſſe parentibus ſubditos nonnulli? populi prætendunt.*
2 *Regem Galliæ non ſubeſſe Imperio, ex Accurſio peperam capit Iaſon. nu. 3.*
4 *Galli ſubſtitutionem pupillarem filijs ſuis an faciant?*
5 *Hiſpani liberos filios familias habent in eorum poteſtate.*
Intellectus l. Tauri 48.
6 *Filij familias in Regno Neapolitano ſunt ſub parentum poteſtate.*
7 *Intellectus Pragmaticæ filiorum familias.*
8 *In Ducatu Mediolani filijfamilias ſunt ſub parentum poteſtate.*
Intellectus Conſt. Mediolani. Nemo poſſit. tit. de acquir. hæred.
9 *Parentum poteſtas in filios, ſolum ad Romanos ciues ſpectat.*
10 *Filios eſſe ſub poteſtate parentum, maius priuilegium eſt.*
11 *Parentibus parere iuris naturalis eſt.*
12 *Poteſtas parentum in filios iuris naturalis eſt, non ciuilis. nu. 13. 14. 18.*
15 *Imperat Princeps ciuibus ſuis, pater liberis, præceptor diſcentibus, Tribunus, vel Centurio militibus.*
16 *Filius dicitur pars patris ſeparata.*
17 *Totum illud eſt, quod priuſquàm ſint partes, eſſe neceſſarium eſt.*
Aſcanij Clementini error.
19 *Parentum poteſtas in liberos, ortum habuit à natura, formam, atq; incrementum à iure ciuili.*
20 *Parentum dominatum natura conſtituit, ſed humanitatis plenum, & pietatis.*
21 *Filij nati ex matrimonio, ſemper præſumuntur ſub poteſtate parentum.*
22 *Patria poteſtas, an ſit probanda?*
23 *Patria poteſtas, an præſumatur? nu. 24.*
25 *Patriciatus dignitas filium à poteſtate patris ſubducit. num. 26.*
26 *Dignitas filium à patris poteſtate educit.*
27 *Princeps, an iuri naturali deroget? nu. 28.*
29 *Natura omnes etiam ex fornicatione natos filios appellat, ciuilia autem iura diuerſo modo illos ad hæreditates admiſerunt.*
30 *Honorandi parentes ex præcepto decalogi, & ſi filij in dignitate poſiti ſint.*
31 *Patritiatus dignitas nu. 36. 39.*
32 *Accurſius defenditur ab impugnatione Budæi, & Alciati. nu. 33.*
33 *Dictio quaſi nota improprietatis, & ſimilitudinis. num. 34.*
35 *Chriſtus appellat filiolos.*
36 *Patritiatus dignitas, an æqualis, antiquæ, cum ea, quę erat, Iuſtiniani tempore.*
37 *Patritij à Romulo electi.*
38 *Conſules ſub Imperatoribus, non tamen tantæ authoritatis quantæ ſub Republica Romana fuere.*
39 *Patritiatus dignitas vnde dicta?*
40 *Patritiatus in remunerationem conferebatur.*
41 *Patritiatus dignitas, conſularẽ dignitatẽ excedebat.*

Iura

42 *Iura naturalia apud omnes æquè ſeruanda ſunt.*
43 *Galli in vxores, & liberos, æquè ac in ſeruos poteſtatem habent.*
44 *Arreſtum Gallici parlamenti Pariſienſis, quo declaratum eſt, filios eſſe in poteſtate parentum. nu. 45.*
45 *Roffredus Beneuentanus, Azonis diſcipulus, & Accurſij prædeceſſor.*

CAP. LXV.

ET ſi nonnulli populi, tamq; Romano Imperio de facto nõ ſubiacentes, dicere valeãt Imperatorum legibus non ſubeſſe, & proinde
1 filios ipſorum à parentũ nexibus † liberos eſſe, vt de Gallis, inquit Accurſius. Inſtit. de patria poteſt. in fin. in verb. Romanorum. cuius Gloſs. Magni facit Iaſon. illius authoritate dicens,
2 Regem † Galliæ non ſubeſſe Imperio. Hoc autem nequaquàm in tanti viri ore ſentiendum fuit. Nunquam ego in dialecticis, ac Philoſophicis exercitationibus, didici, nec audiui, hoc argumentandi genus. Filij Gallorum non
5 ſunt ſub parentum † poteſtate; Ergo Rex Galliæ non ſubiacet Imperio. Sed ad inſtitutum redeundo. dicit Accurſ. quòd Galli illos tractãt, vt ſeruos, vel vt abſolutos. Hoc tenent pro ſpeciali prerogatiua Galli, quaſi filij ſint liberi, ſed patres, eorumq; authoritas eſt imminuta. Ex eodem fonte manat illud, quod apud eoſdem Gallos, patres ſubſtitutionem pupillarem fa-
4 cere † nequeunt ſuis filijs Iaſ. & alij. in l. Moribus. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Iſta eſt magna prærogatiua, quà Galli patres priuarentur, ac reſtricta eſt illorum poteſtas, cum pupillares tabulas facere arceantur. Quam Glo. declarat Andr. Alciat. in tract. Diſpũctionũ lib. 2. c. 22. & Petr. Coſtalius aduerſariorum iuris in l. Itẽ in poteſtate. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris.

Hiſpanicarum tamen legum diſpoſitione,
3 parentes habent liberos, ac filios familias † in poteſtate. vt patet ex l. Tauri. 48. vbi Michael Cifuentes, Anton. Gomez, & Tellius Ferdinãd. & plura ſcribit Ludouic. de Molina de Hiſpanor. primogen. lib. 2. c. 9. num. 12. cum pluribus ſeq. p. 1. Sic etiam ex diſpoſitione iurium Re-
6 gni † Neapolitani. vt in pragmat. Filiorũ † familias. vbi Proſper Carauita. & Io. Franciſ. Scagl.
7 in Commentarijs. Eodem mode ex iure Ducatus Mediolanenſis. vt † in Conſtit. Mediolani. Nemo poſſit. ſub tit. de acquir. hæred. vbi loquitur de acquirenda hæreditate à patre repudiata, an poſſit per filium adiri patre viuente, dicens non poſſe, niſi fuerit emancipatus. Et tamen emancipatio præſupponit patriam poteſtatem. Maxima autem eſt authoritas habere filios in poteſtate, cum dicat Imperator, parentum poteſtatem in filios ſpectare ſolum-
9 modo ad Ciues † Romanos. §. Ius autem. Inſt. de Patr. poteſtat. Romani autem ipſi eo iure vtuntur, quod erat omnibus àlijs magis priuilegiatum, vt omnibus innoteſcit. Hinc maxima dignitate honorari dicebatur ea natio, quę iure ciuium Romanorum, ſeu iure quiritum orabatur. Nec eſt in ambiguitatem redigẽdum, quòd voluiſſent Romani vti poteſtate in filios, quaſi hoc non eſſet priuilegium dignius, & fa-
10 uorabilius, † quod etiam ad Hiſpanos, & Gallos extendi voluit Aſcan. Clementinus de patria poteſt. cap. 2. num. 4.

Quinimmo hac lege teneri oẽs perſpicuum eſt, & omnes locorum quorumlibet parentes, ſuos filios habere ſub poteſtate, quia vt parenti-
11 bus pareamus, iuris naturalis † dictamen ordinat. vt ſcribit Ioacchimus Hopperus vir grauiſſimus Friſius, & Philippi Regis Catholici in inferiori Germania q. Conſiliarius de vera iuris prudentia. lib. 5. cap. 4. Poteſtas enim paren-
12 tum † in filios, non iuris ciuilis eſt, ſed naturalis, idq; rectè docuit Ariſtoteles lib. Politicor. 1. cap. 8. dum ait, naturæ lege, ac præſcripto,
13 † liberos parentum Imperio ſubiectos eſſe, quod enim procreauit, ac genuit (vt præſit) & amicitiæ ratio, & ſenectutis, poſtulat, qđ quidem eſt Regalis poteſtatis. & demum poſt pauca inquit, qua quidem re, & maior natu minori, & procreator natis præſtat. Inſuper idem Ariſtoteles moralium Nicomach. lib. 8. cap. . .
14 inquit, natura pater filiorum, † & Aui Nepotum, & Rex eorum, quibus præſidet, Imperium obtinet. Vnde idem Ariſtoteles lib. 1. Oeconomicor. cap. 3. inquit, filios procreant homines, non ſolum, vt naturæ tributum ferant, verum etiam, vt commoda inde ſuſcipiant, valentes enim ipſi, imbecilles ſuos labore tuentur, & alunt; Mox imbecilles ob ſenium facti à valentibus eadem reportant. Hæc Ariſtoteles. A quo mutuo accepit per diuerſos verborum conceptus, eandem tamen ſententiam concludens Franciſ. Patritius de inſtitut. Reipub. lib. 4. titul. 3. dum ait, Quid? quod naturæ reſtituere debemus, quod mutuo accepimus, vtpotè vitam alijs dare, quam nobis parentes noſtri tribuerunt, qua ex re id nanciſcimur, vt filij nobis per ætatem ſenio confectis, & imbecillioribus factis, id reſtituant, quod à nobis in eorum infirma ætate acceperunt. Alunt nos in ea ætate, in qua baculo nitentes, infirmi, inualidiq; ſumus, ſicut nos illos educauimus in prima eorum ætate, cum noſtris vlnis ſuſtinebantur, vel reptando humi niti conabantur. Et hoc pacto viciſſitudo naturæ perpetuo adimpletur, & quod in ſimplici genere nequit, in ſua ſpecie conſeruatur. Hæc Patricius. Vnde inquit, Seneca de Clementia lib. 1. cap. 16. Non eſt (inquit) vnum imperãdi genus, Impe-
15 rat † Princeps ciuibus ſuis, pater liberis, præceptor diſcentibus, tribunus, vel centurio militibus. Hanc ſententiam ſequitur Vaconius à Vacuna declarat. Iuris ciuil. lib. 3. c. 50. nu. 1. 2. Qui etiam alio vtitur argumento, quòd filius

16 dicatur pars patris ſeparata, † vt voluit Ariſtot.Morali.Nichomac.lib.5. c.6. Et pars ſeparata cum toto eſt eadem, & ſicuti pars natura ipſa ſubeſt toti, & à toto regitur,vt nemo negabit, ita filius natura ipſa ſubeſt patri, cuius eſt pars.vt dicit Ariſtotel.lib. 1. Politicor. Hæc Vaconius.Quod ego cõfirmo ex alio argumen
17 to. Illud eſt verè totũ,quod prius q̃ ſint † partes,eſſe neceſſariũ eſt. Ariſtot.lib. 1.Politic.c.2. Patrem vero prius eſſe,ipſo filio poſteriori,docet Ariſtot.in prędicam.de relation.& cuilibet eſt notorium.Ergo patri, vti primo, & toto,filius tamq̃ poſterior ſubeſſe neceſſe eſt.Non rectè igitur ſentijt Aſcan. Clementin. de patria
18 poteſtat.cap.3.dum dixit,patriam poteſtatem de iure ciuili eſſe.Cum iuris†eſſe naturalis voluerit Vaconius in dicta declarat. 50. lib. 3. Frãciſc.Hotom.in d.§. 1.in verb. Proprium eſt. Inſt.de patr. poteſt. Quo in loco dixerunt ortum habuiſſe poteſtatem paternam à natura,
19 formam†vero, atq; incrementum à ciuilibus legibus. Hoc idem ſub ambiguè tamen ſentit. Franciſc.Connanus Commentar. iur. ciuil.lib. 2.cap.13.num.4.Paternum(inquit)dominatum
20 †natura conſtituit, ſed dum humanitatis plenum, & pietatis. Huc eleganter ſpectat illud Plinij iunioris in Panegyrico ad Traianum. Tu quidem Cæſar illam exceptionem remouiſti(ſi modo filius in poteſtate patris fuiſſet)incuitus opinor,vim,legemq́; naturę,quę ſemper inditione parentum eſſe liberos iuſſit, nec vti inter pecudes,ſic inter homines,poteſtatem,& Imperium valentioribus dedit.

Hinc filij nati ex matrimonio ſemper præſumuntur ſub poteſtate,niſi emancipationem,
21 vel manumiſſionem†probẽt.l.Item in poteſtate.l.Nam ciuiũ.ff. de his, qui ſunt ſui,vel alien. iur.l.Si filius. ff.de probat. quod & tenuit Doctor antiquiſſimus Roffredus Beneuẽtanus. de
22 libell.par.1.tit.de actio.Quod† iuſsu,n.2. licet patriam poteſtatem probandam eſſe voluerint Raph. Fulgoſ. & Lud. Roman. in l. Sed & ſi deſua.in princ.ff.de acq.hæred.& idcirco nõ præ
23 ſumi,†vt ꝓbauit Philipp.Deci.in l. Siue emancipati.nu.3. C. de collat. quem quodammodo ſequitur Andr. Alciat.in tract.pręſumpt.regul. 2.præſumpt.2. Quæ opiniones conciliantur, ꝙ præſumitur quis ſub parentum poteſtate,quan
24 do†cõſtat de filiatione ex matrimonio.vt probauit Angel. in dicta l. Sed etſi de ſua. quem ſequitur Corn.in conſil.204.littera f. vol. 3.

Sed iterum opponere poterunt,patriam poteſtatem iuris non eſſe naturalis,quia per Principem non tolleretur, nihilominus per Patriciatus dignitatem,filio à Principe collatã, is à
25 Patris poteſtate ſubducitur.†l.fi.C.de Conſulib.lib.12.à qua idem deduxerunt cõpilatores. in §. Sed ex cõſtitutione.Inſt.qb.mod.ius patr. poteſtat. ſoluit. Reſpondetur minimè obſtare, nam Princeps non eximit filiũ directo à patris poteſtate,ſed dum illi dignitatem confert,dignitas illa, illiusq́; gradus eſt ſequela exemptionis filij à poteſtate patris,ſic eodem pacto dignitas Epiſcopalis eximit filiũ à poteſtate parentis,non quod id faciat Summus Põtifex, qui illum Epiſcopi dignitate exornat ſua authoritate, atq; poteſtate,vt ſui iuris illũ faciat, ſed dum illi dignitatis culmen confert,digni-
26 tas†eſt, quæ ipſum à parentis manu illum educit.§.Illud.Auct.Conſtit.q̃ de dignit.vnde ſumpta eſt auct.Sed epiſcopalis. C. de epiſcop.& cleric.Bal.in l.Sacroſãctæ.nu.1.C.eo.tit.Panor. in c.Cum ſcimus.nu.5. de regul. & in c.Cũ voluntate.nu.8. de ſentent. excomun. & poſt Vinium in commun.opin.120.lib.2.voluit Aſcan. Clem.de patria poteſtat. c.vlt. nu.49.Quod,& antea voluit Dyn.in c. Decet. vbi Nicol.Boer. de reg.iur. in 6. Nec videtur abſonum dicere, Principem, & ſi non poſſit in ſui totalitate iuri
27 naturali†derogare.vt voluit Gloſ. in l.fin. C.ſi contra ius vel vtilit.publi. Poteſt tñ illi in par-
28 tem derogare,†vt voluit ibi Salycet.& poſt eũ Conſtantius Rogerius de potẽtia legis. p.3.§. Pollicitus.nu.1.Vnde in caſu prædicto,tũc derogaret præfatæ diſpoſitioni,quando mãdaret ꝙ in totũ tollatur poteſtas parentum, in filios, qđ fieri nequaq̃ poſſet, tolleret enim pietatẽ, qua vti debent filij in patres, & tolleret etiam charitatem, ac dilectionẽ proximi, quod eſſet iniquum,ſed cum mitiget diſpoſitionem poteſtatis paternæ, dicens,ꝙ qui habet dignitatem Epiſcopatus, & Patritiatus, dicatur nexibus parentum ſolutus, dat honorato priuilegium, non ſubmouens directò totalem parentum authoritatem.Et hinc videmus ei à Deo,& ab hominibus quãdoq; ob neceſſitatem,hominumq́; vtilitatem, ex cauſa fuiſſe diſpenſatum. Ioan. de Turrecremat. in c.1. diſtinct.5. & poſt alios ſcribit Ferdinandus Vaſquius controuerſ. Illuſtr.cap.21.num.10.lib.1.Natura enim omnes filios appellat, ſiue ex concubitu fornicario, quis naſcatur, ſiue modo quouis alio, filius enim dicitur.Tot.tit. de naturalibus liber.& alibi pluries. Tamen Iuriſconſulti, Principes, alijq́ue legum latores,illos æquè ad hæredita-
29 tem†non admiſerunt.vt exemplificat.Frãciſc. Hotoman. in Comment.verb. Iuris.§. Naturale.& in §. Sed, & naturalia. Inſt. de iur.natur. gent.& ciuil.Sed non idcirco filius Epiſcopus, aut Patritius factus,non honorem debitum patri dabit,ſaltim†ex præcepto Decalogi,de ho-
30 norandis parentibus. Hinc Durandus in primo ſentent.diſtin.47.q.4.cenſuit, Quartum, & Quintum præceptum, eſſe diſpenſabilia.quem tamen refellit Dominicus de Soto. de iuſtit.& iur.lib.2.quæſt 3.articul. 8. Patriam tamen poteſtatem directo non contineri ſub illo præcepto,nõ negauerim.Quamq̃ quacunq; filius fuerit poteſtate præditus, ex eadẽ lege,tenebitur patri debitum honorem exhibere.Et ideo hãc po-

poteſtatẽ parentũ in filios iuris naturalis eſſe, vagantem extra tabulas decalogi, & in illa locum ſibi vendicare authoritatem Diui Thomę, quam ſequutus eſt in loco proximè allegato Dominicus Sotus, qui alia præcepta, quæ extra Decalogum vagantur, neq; implicitè in ipſo continentur, etiam ſi ſint vires naturæ, nihil vetat, quominus ſint diſpenſabilia, vt ipſi cenſuerunt.

Non duxi, hoc in loco ſilentio prætereundum, poſtquam loquuti fuimus de Patritiatus
31 dignitate, † quòd Gulielm. Budæus in l. fin. ff. de Senat. & Andr. Alciatus in 12. lib. Cod. tit. de cõſulib. grauiter lacerarũt Accurſiũ, primus de dicto eiuſdẽ Accurſij. in §. Plæbis ſcitũ. Inſt. de iur. natur. gent. & ciuil. Alter vero de dicto eiuſdem. in § Filius Inſt. Quib. mod. ius. patr. poteſt. ſolu. Quòd terminos confuderit, intelligendo de his Patritijs in eiſdem locis loquutũ fuiſſe Iuſtinianũ, vt de Patritijs antiquis Romanorũ, cum ſint pœnitus diuerſi. Ego miror
32 duo iuriſconſultorum lumina, † Italiæ vnum, Galliæ alterum, taxaſſe Accurſium hac labe eruendũ. Budęus dixit, Accurſium dixiſſe in loco allegato, quòd ij erant Patres Imperatoris. Hoc Accurſius minimè dixit, ſed quòd Patricij erant quaſi Patres Principis. Quid vero mali fecit hoc dicens? cum motus fuerit. tex. in d. §. Filius. in quo Imperator protulit ſimilia verba, dicens, quem ſibi patrem elegerit. Vnde Budæus hunc erroré (ſi errare Princeps dicitur legem faciens) debuit Imperatori, non accurſio tribuere. Hoc vnum melius dixit Accurſius eodem Imperatore, quia hic Patricios appellauit Patres, Accurſius verò, quaſi Patres,
33 per illam dictionem, quæ in proprietatis † nota dicitur. l. Si cũ dotem. §. fin. ff. Solut. matr. l. Si quis cum à fideicom ff. de Condi. indebit. Corn. in conſil. 198. litera. a. vol. 2. & in conſil. 224. litera b. vol. 4. Nil aliud dicere voluit, niſi quòd non ſit verè pater, ſed ad ſimilitudinẽ patris, cum dictio quaſi ſit nota ſimilitudinis,
34 † ac ſimilitudinem inducens. l. Poſthumorum. in princip. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſta. Dyn. in conſil 41. nu. 5. Licitum eſt enim, magnæque modeſtiæ, cauſa Imperatori, Patritiũ quẽpiam Patrem appellare, eſt enim magnitudinis animi notorium indiciũ. Sic omnipotens Deus per Nathan Propheram dixit ad Dauid lib. 2. Regum c. 7. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium. Sic Ieſus Chriſtus ſemper appel
35 lat filiolos. † Marc. cap. 10. Io. c. 13. Sic Paulus ad Galathas c. 4. & Pluries Io. 1. cap. 2. & 3. cum duobus ſeq. Andr. Alciatus dicit, ꝙ Accurſ. in d. §. Filius. confundit dignitatem Patriciatus, quæ erat tempore Iuſtiniani cũ vetere. Et tunc dico Accurſiũ ibidem hoc minimè dixiſſe, ſed quod ſupra dixit, dum in verb Patriciatus. dicit, erat enim Patricius, quaſi Principis pater. Vnde Salluſtius. O Patres conſcripti. Hæc ſunt verba Accurſij. Ex quo ſumit tacitum argumentum, quòd dum allegat Salluſtium loquentem de veteribus Patricijs, ergo Accurſius illos æquipetat. Non autem dicit, quòd ſint ijdem, ſed quòd cum Imperator, Patricios appellaret Patres, ſic etiam Patricij, ac Senatores antiqui Romanorum appellabantur patres, ex dicto Accurſij, & ex mille alijs, qbus poſſet validiſſimum, atq; optimum Accurſij dictum confirmari. Sed eſtò, quòd Accurſius feciſſet hanc confuſionem, quam illi dicunt, & quam ille vnquàm fecit, nec tamen idcirco erit tam magnũ facinus. Quia, & ſi ego, minimè ambigam, ſum-
36 mam Patriciatus † dignitatem, Iuſtiniani tempore, fuiſſe diuerſam à prima. Non tamen Imperatores, Patricios creauerunt, quin ſaltim antiquorum Patriciorum quædam ſemina, ac ſimbolum haberent. Primi namq; illi tamquàm pa-
37 tres à Romulo † electi, & eos tamquam patres habuit in Senatum: Sic Imperatores tamq; patres illos tenuerũt, & voces, ac ſuffragia in Senatu habuiſſe, permiſerunt. Quemadmodum, & in Conſulibus eſt inſpicere, quorum authoritas maxima fuit exactis Regibus, & vigente Republica; Tamen ſub Imperatoribus fuerũt, & conſules in honore quidem habiti, ſed non
38 † tantæ authoritatis, ac poteſtatis. Sed nec ſolus Accurſius eoſdem Patricios æquiperaſſet. Sed & Caſſiodorus lib. variatum 6. cap. 2. vbi de Patriciatus formula, verba faciẽs, poſt mul-
39 ta. Patriciatus (inquit) culmen † aſcende, quod quidam iuridicorũ, à patribus dictum eſſe voluerunt. Notanda verò dijudico eſſe illa verba (iuridicorum) innuẽs fortè ſemper ſuo tempore, ſuaq; ætate, iuridicos ita tenuiſſe. Vnde idem Caſſiodorus lib. 1. c. 3. in perſonam Theodorici Regis, conferentis illi Patritiatum in-
40 quit, Patriciatus tibi apicem iuſta † remuneratione conferimus, vt quòd alijs eſt præmium, tibi ſit retributio meritorum. Et inter Senatores Patritios numerari, apparet ex eodem Caſſiodoro ibidem cap. 4. dum de honore Patriciat° ei collato, ſcribit Senatui. Hinc Patricius Præfectorios, aliarumq; dignitatum viros præcedit. Vt teſtatur idem Caſſiodorus in eadem formula Patriciatus. quod, & confirmauit Iuſtinianus Imperator l. Nemini. C. de Conſulib. lib. 12. Propterea rectè ſcripſit Suidas Patricios appellari πατρικιους παρα τὸ κοινὸν, ideſt Patricius pater communis, ſiue Reipublicæ. Patriciatus
41 verò dignitatem † exceſſiſſe conſularem notorium eſt. Erat enim ſecunda poſt Imperialem, nam & Conſules à poteſtate parentum non liberabantur, Patricius autem ſic quod, & aduertit diuini, & humani Iuriſconſultiſsimus Ioachimus Hopperus de vera iuris prudentia. lib. 8. titul. 3. Qui plura ad hanc materiam deſiderat, videbit ſi Deus permittet, in Commẽtarijs noſtris de feudis dignitatum, quos moliri cœpimus, ſed interim videãt Petr. Fabrũ Semeſtr.

lib. 1.

lib.1.cap.2. Petr. Gregor.Sintagmat.iuris vniuerſi.lib.11. cap.10. nu.5. & ſeq. Alexand. ab Alexand.Dier.Genial.lib.5.cap.18. Feneſtell. de Magiſtrat.Romanor.c.1.Pomponium Lætũ de Magiſtrat. cap.3.

Ex his dicerem, omnes gentes filios in eo-
42 rum poteſtate habere,cũ iura naturalia† apud omnes æquè ſeruanda ſint; Nec obſtare illud, quod de Gallis in loco ſupra allegato ſcripſit Accurſius. Nam,& Iulius Cæſar,qui tot annorum ſeculis illum præceſsit,in commentar.lib. 6. Galli (inquit) poteſtatem vitæ, ac necis in
43 vxores, & liberos,æquè,† ac in ſeruos habẽt. Quod non negauit idem Connanus in d.c.13. ſub nu.6. in fin. & qui veritatem ſequuntur id minimè negant. vt inquit Bartholomeus de Caſſæn. in Conſuetud. Burgund. Rub.6. §.3. gloſ.1.nu.21.verſ.Licet.vbi dicit illo anno per Arreſtum Parlamenti Pariſienſis fuiſſe iudicatum, quòd filij Gallorum, & Francigenarum
44 † ſunt in poteſtate patris.quod poſt eum ingenue fatetur Petr. Gregor. Sintagmat. iur. vniuerſ. lib.11.cap.5.nu.4. qui allegat Iulium Cæſarem, & Proſperum Aquitanicum,& ante eos Azonis diſcipulus,& Accurſij præceſſor noſter
45 Roffred. † Beneuentan. de Libellis. Rub. de Action.in rem præiud.nu.3.vbi dicit,& Hiſpanos, & Gallos filios habere in eorum poteſtate:quod & fatetur Bodin.de Repub.lib.1.cap. 4. Io. Paponus Arreſtor.lib.12.tit.4.cap.1.per quæ redduntur ambigua, quæ aduerſus hanc traditionẽ ſcripſit Carolus de Graſſal. Regal. Franciæ. lib.1. Iure. 10. Lodouicus Maynus Action. in artem redactar. lib.2.cap.44 Sed habeant ipſi,vt fatentur, Galli,filios eorum liberos, & à Parentum nexibus alienos, ipſa enim filiorum libertas, vt in primis annis Parentum in obedientiæ aſſueti, operabitur,vt alios ſuperiores facilius aſpernantur,ex quorum contemptu omnis Reipublicæ neruus,& ordo confunditur.

ARGVM. CAP. LXVI.

Iuridici, ac Senatorum, & Conſiliariorum conſeſſus,& conuentus plures Regi Catholico pro miniſtranda Iuſtitia inſeruiunt. Quot illi, & quibus in locis ſint? quæ illis incumbant? Quæ ſalaria, & ſtipendia?

COMPENDIVM.

1 *Philippus Rex Catholicus habet conſeſſus,ac Tribunalia,conſiliariorũ, vltra omnes mũdi Principes.*
2 *Princeps eſt Reipublicæ animus.*
3 *Reges creati à Deo,vt commiſsis ſibi populis æquo libramine iuſtitiam faciant.*
4 *Rex ex numero Proborum virorum creatus.*
5 *Reges creati ſunt,vt ſuo terrore populos à malo coerceant.*
6 *Rex,hominum,ac Reipublicæ amore detineri debet, non Equorum,Canum,ac ſimilium.*
7 *Regis officium eſt publicæ vtilitati,non ſuæ incũbere.*
8 *Rex Catholicus Philippus ſpectatiſsimos eligit viros Magiſtratus.*
9 *Legum Periti Iudices ordinandi ſunt.*
10 *Reges non ſibi ipſis,ſed Reipublicæ nati ſunt.*
11 *Conſiliarij Regij omnium peritiſsimi eſſe debent.*
12 *Conſultationes in Conſilijs,ſiunt de opibus, de bello, pace,Regionis, & locorum cuſtodia,& alijs;de ſacrificijs,legibus,ſocietatibus, fœderibus, & ſimilibus. num.13.*
14 *Conſiliarij ſcire debent omnia genera rerũ publicarũ.*
15 *Sapientis actiones iuſtæ ſunt.*
16 *Sapientes debent præcipere, & imperare.*
17 *Madritium oppidum,ſiue Mantua Viſeria,(Madrid) vulgo Hiſpanorum dicitur.*
18 *Madrid oppidum nobiliſsimum,Regum Catholicorũ inclita ſedes, & Damaſi Papæ patria, ac Sancti Iſidori, non illius Eccleſiæ Doctoris.*
19 *Concilium ſanctiſsimæ Inquiſitionis in oppido Madritiano.*
20 *Gaſpar Quiroga.S.R.E. Cardinalis,Archiepiſcopus Toletanus,Hiſpaniæ Primas,olim Concilio ſanctiſsimæ Inquiſitionis Præſidens.*
21 *Magiſtratus, & officiales Concilij ſanctiſsimæ inquiſitionis quot ſunt?*
22 *Concilium ſupremum Regale, & eius Magiſtratus, cui olim præſidebat Comes Varaſciæ, nunc vero Don Ioannes à Stunica Comes Mirandæ, & Labagneſæ Marchio.*
23 *Status Concilium, ſuiq; Magiſtratus Madritij reſidentes.*
24 *Concilium Bellicum ibidem, & ſui officiales.*
25 *Concilium Cameræ in eodem loco, cum ſuis Magiſtratibus. Don Petri de Vera, ab Aragonia Regij Senatoris laus.*
26 *Concilium Italicum,& ſui Magiſtratus.*
27 *Don Ioannis à Stunica Comitis Mirandæ laudes.*
28 *Concilium de Azienda, & ſui officiales.*
29 *Concilij ordinum Equitum,cum ſuis magiſtratibus Madritij reſidentibus.*
30 *Concilium Aragoniæ.*
31 *Concilium Luſitanicum.*
32 *Concilium Cameræ computorum, ac rationum.*
33 *Concilium Indiarum, & Noui orbis.*
34 *Conſeſſus cauſarum Capitalium.*
35 *Conſeſſus pro ſtatu Belgico ſiue inferioris Germaniæ.*
36 *Officiales pro inſulis Canariæ.*
37 *Concilium in oppido Pinciano, Valladolid, dicunt.*
38 *Concilium in Vrbe Granatæ.*
39 *Conuentus in Regno Nauarræ.*
40 *Conuentus in Compoſtella, ſiue Galitia.*
41 *Concilium in Ciuitate Vliſſipona.*
42 *Conſiliarij in inſula Siciliæ.*
43 *Conſeſſus Regius in Sardinia.*
44 *Conſilium ſiue Senatus Mediolanenſis,cum ſuis magiſtratibus.*

45 *In Hetruria ad Portum Herculeum, & Orbitellum Regius Gubernator.*

46 *Concilium apud Dolam in Burgundia.*

47 *Concilia Duo in inferiori Germania, vnum Bruxellæ, & Mechliniæ alterum.*

48 *Groningæ Ciuitati adeſt Tribunal Regium pro Hollandis, Tranſiſalanis, & Friſijs.*

49 *Tribunalia Regni Neapolitani.*

50 *Regni Mexicani, Inſularum Indiarum, Philippinarum, Noui orbis Concilia.*

51 *Magiſtratuum munus pro iuſtitia.*

52 *Salaria, & ſtipendia tribuit Philippus Rex Catholicus, ne mala, ac praua fiant.*

53 *Stipendia, & ſalaria, & euectiones Magiſtratuum, quas exhibet Philippus Rex Catholicus vltra Principes omnes.*

54 *Magiſtratus, qui in altum prouehuntur à Philippo Rege Catholico illos ab imò erigente, quid facere debent.*

CAP. LXVI.

TRibunalium conuentus magiſtratuum iuſtitiam Miniſtrantium, plures habet Rex
1 Catholicus, in quo † excedit non ſolum Chriſtiani orbis, ſed totius Mundi Principes alios, & in ijs ſupremi, ac ſpectatiſsimi Principes viri exiſtũt, quorum iudicijs, ac virtutibus totus orbis poſſet recto tramite gubernari.

Vnde Catholicus Rex, laudibus vltra omnes, hac peculiari prerogatiua cumulandus eſt, cum ità prudenter, ac ea, qua eſt ſuprema diligentia, muneri Regibus iniuncto ſatisfaciat, quia, vt Seneca de Clementia. lib. 1. inquit. Rei-
2 publicæ † animus, Princeps eſt. Animo itaq; titubante, tota Reſpublica corruit. Creati ſunt enim Reges à Deo, inter cætera, vt ſibi commiſ-
3 ſis Populis, æquo libramine † iuſtitiam faciãt. Hinc Hieronymus in Oſeam. cap. 9. Idcirco (inquit) Deus Principes dedit, vt Populum corriperent, & ad rectum iter retraherent. Hæc vero omnia exhibere ſoli nequeunt, ideo viros graues Senatores, & conſiliarios creant, non ſapientia ſolum, ſed vſu, experientia, ac gerendarum rerum Prudentia claros, ipſoſq; eligũt, vt Regum vices gerentes, neceſſaria ſubditis munia miniſtrent. ait enim Ariſtoteles Politicor. lib. 5. cap. 10. Regnum in præſidium proborum hominum, contra iniurias Popularium
4 eſſe conſtitutum, & Regem ipſum † ex numero proborum virorum creatum, vt virtute, aut rerum virtute geſtarum magnitudine, aut ob generis excellentiam præſtaret. Vnde Iſidorus de ſummo bono. lib. 3. cap. 47. Principes (ait) Regeſq; electi ſunt, vt terrore ſuo Populos à
5 malo † coercerent, atq; ad rectè viuendum legibus ſubderent. Rectè etiam Marius Salomonius de Principatu lib. 3. Nolite exiſtimare (inquit) à Deo creatum Mundum, & in eo homines, vt Principum ſeruirent emolumentis, abſurdum quidẽ eſt, ſupra quàm dici poteſt, propter Principes factos homines opinari; Nam liberos, atq; æquales, nos omnes Deus genuit, Principes ſolum ad commodum Populorum, quo facilius humanam, atq; ciuilem ſocietatẽ, innocentem cuſtodirent, multis ſe beneficijs iuuantes, creati ſunt. Hinc ad Nicoclem Iſocrates in Oratione. 2. dicebat. Hominum, patriæq; amore detineri oportet Regẽ, neq; enim Equo
6 rum, † neq; Canum, neq; hominum, neq; alterius vllius rei poſſibile gerere curam ipſius interſit, curæ ſit tibi, vt multitudini Imperium tuum gratum ſit. Et Laurentius Grimalius de optimo Senatore lib. 2. Regis (inquit) officium
7 ſciat † eſſe, non ſuæ, ſed publicæ ciuiũ vtilitati conſulere, legibus parere, ius, & libertatem Populi ſeruare, Senatus authoritatem, & dignitatem defendere, reuereri, & obſeruare. Hinc Claudianus de 4. Honorij Conſulatu.

Tu ciuem, Patremq; geras, tu conſule cunctis,
Nec vbi, nec tua te, moneant, ſed publica vota.

Hoc agit Rex, quia in ijs Tribunalibus ſpecta-
8 tiſſimos viros eligit, attendens conſilium † Iethro, quod dedit Moyſi, vt iudicaret Populos, Exodi. cap. 18. Prouide (inquit) de omni plæbe viros ſapientes, timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam. Quibus cũ gubernatur omnis ſuæ Monarchiæ machina. Propterea Laurentius Grimalius de Optim. Senatore lib. 1. Quis (ait) Prudentius cauſas, & controuerſias decidet, quis ciuium ſeditiones melius componet, quis Reipublicę leges, Populi conſuetudinem, libertatem, mores, ſapientius defendit, quàm Iuris, legumq; Peritus? de quo Caſſiodorus lib. Variar. 8. cap. 18. inquit,
9 Profeſſionem conſtat eſſe iuſtitiæ, legum † Peritos iudices ordinare, quia vix poteſt negligere, qui nouit æqualitatem, nec facile erroris vitio ſordeſcit, quem doctrina purgauerit: Fœlix, & certa eſt conditio negociorum, quando ille ſententiam dicit, qui non poteſt ignorare, quod eligit. Hinc Rodericus Zamorenſ. in Specul. vitæ humanæ. lib. 1. cap. 1. de Regibus inquit, Qui non ſibi ſed Reipublicæ nati ſunt,
10 † dum diſcordias pacificant, oppreſſos à potentibus eripiunt, prouincias pace gaudere faciunt, violentias cohibent, iuſtitiam ſeruãt, malos diſſipant, & quicquid agendum eſt, ſiue ad benè, beateq; viuendum, ſiue ad res ipſas Politicas, fœliciter gubernandum, finemq; debitum dirigendum, legibus, præceptis, ac iuſtis lationibus diſponunt. Et poſt pauca. Eſt deniq; Rex Pater patriæ, amans quos regit, protegẽs, quos gubernat. Et Plato lib. 1. de Repub. Qui magiſtratum gerere debẽt, probi, electiq; ſint. Vnde Iſocrates in loco ſupra allegato, Nicoclẽ conſulit, vt viros prudentia clariſſimos, ſibi in conſilium, & commertium admittat peritiſſi-
11 mos enim ſcientiarum omnium, † cõſiliarios Regios eſſe oportet; nam, vt inquit Ariſtoteles.

les.lib.1. Rethoric. cap.4. Conſultationes fiũt
12 de opibus de bello, † pace, Regionis, & locorum cuſtodia. de his, quæ inferuntur, & efferũtur, ac de legum latione, & alibi in Rethor. ad Alexand. cap.2. Fit quandoq; conſultatio de
13 † Sacrificijs, legibus, apparatu ciuili, ſocietatibus, fœderibus aduerſus alias Vrbes. Vndè neceſſe eſt, vt qui benè velit conſulere, quid optimum hominibus ſit, ſciat eligere. vt dicit idem Ariſtotel. lib.1. Rethoricor. c.6. Et ideo conſultoris eſt neceſſe ſcire omnia genera re-
14 rum publicarum, † vt dicit Ariſtoteles in d.c. 4. Quando igitur ſapientes eliguntur, ſciunt quid, & cauſas cognoſcunt. Ariſtoteles. 1. Me-
15 taphyſ. cap.6. Et cum ſapientis actiones † iuſtæ ſint. vt ait Ariſtot. lib.12. Metaphyſ. 52. ęquũ
16 eſt ſapientem † præcipere, & imperare, non autem illi præcipi oportet. vt dicit idem Ariſtotel. lib.1. Metaphyſ. cap.8. Quantumuis enim ſapiens Rex habeatur, cum cõſilio tamen procerum omnia diſponere debet. vt dicit Alphõſus Mõtaluus in Proœm. leg. Fori noui. in verb. Quimos conſeio. & dixi ad Bellugam. conſilia rij autem eligendi ſunt. vt tetigi ſupra. ca.21.

Primi autem conuentus apud ipſum Regem ſunt in oppido Madritio, (quod Madrid
17 † appellant) Mãtuam Viſeriam dixit Ptolom. lib.2. cap.6. Maioritum appellat Lucius Marineus Rer. Hiſpanic. lib.2. cap.3. omni celebri-
18 tatis genere oppidum Nobiliſſimum, † non ſolum vti ſedes Catholicorum Regum, ſed etiã vti Damaſi ſummi Pontificis, ac Sancti Iſidori, non illius Eccleſiæ Doctoris, ſed alterius reliquijs fulgentiſsimum, cuius ſitum, & commoditates deſcribit Marineus in loco allegato. Hoc in loco hæc parlamenta, ſiue conſilia reperiuntur. Concilium officij ſanctiſsimæ Inqui-
19 ſitionis, in quo † non ità pridem viuens præſidebat Gaſpar Quiroga, Archiepiſcopus Tole-
20 tanus S. R. E. Cardinalis, Hiſpaniarum † Primas. In hoc reſident ſex Conſiliarij, ac Senatores, Inquiſitores Maiores appellati, Secretarij ſex, Auditores quinque, Fiſci Patronus vnus, Lictor vnus, Alguzerius appellatus, Cuſtodes, ſiue Valuaſores, quòd Valuas, ſeu Portas cuſtodiunt, quatuor, ij vulgo Porterij appellantur. In hoc tribunali, res, & cauſæ, Fidẽ Catholicam concernentes, iuſtiſsimo libramine cognoſcuntur; Equo tribunali ſunt alij conuẽtus ſanctiſsimæ Inquiſitionis in Regnis alijs, ac Ciuitatibus, ſcilicet Vallis Oleti, (quam Pinciam dicunt) Granatę, Toleti, Lograni, Chõchæ, Hiſpalis, Murtiæ, Cordubæ, Arenæ, Aragoniæ, Barchinonæ, & Siciliæ. De his Ioannes Vaſæus Chronicorum lib.1. cap.9. Quotquot (in-
21 quit) in Hiſpania ſunt de rebus fidei † cognitores, ea fide religionem officij ſeruant, ea integritate, ac vigilantia, vt nemo quiſquam hiſcere contra ſacroſanctæ Eccleſiæ ſtatuta quicquam audeat: Alibi forſan impiè facere non licebit, in Hiſpania, ne loqui quidẽ, niſi piè conceditur. Alibi errores fortè iam nati extirpantur, in Hiſpania ipſa etiam errorum ſemina, antequam pululent opprimuntur. Hæc Vaſæus, quem refert Iacob. Simancas in Praxi Hæreſeos. tit.1. num.14.

Secundò, adeſt Concilium ſupremum Rega-
22 le, appellatum, in quo nõ ità pridem † Comes Varaſciæ præſidebat, in hoc Tribunali reſidẽt ſexdecim Conſiliarij, ac Senatores, Fiſci Patronus vnus, Secretarij ſex, Relatores cauſarum quinque, & Porterij duodecim. Nunc dum iſta tranſcribuntur, & Prælo dantur præſidet Don Ioannes à Stunica Comes Mirandæ, & Labagneſæ Marchio, olim Regis noſtri ſanctiſſimus Locumtenẽs in hoc Regno Neapolitano. Hoc concilium per Antonomaſiam ſupremum appellatur, & dum Rex nominat Concilium ſuũ de hoc excellentiam intelligitur.

Tertiò reſidet Cõſilium ſtatus appellatum,
23 in quo Præſidet Catholica Maieſtas, habet † Senatores, ſeu Conſiliarios ſex, è quorum numero paucis ab hinc annis erat Antonius Pereno tus, S. R. E. Cardinalis de Gran Vela, idem Gaſpar Quiroga Cardinalis, Marchio Aquilariæ, Don Ioannes Idiaquez, Don Ioannes à Stunica Princeps Petræ Pertiæ, & Frater Ferdinandus Ciaues, ordinis Prædicatorum, ſuæ Catholicæ Maieſtatis à ſacris confeſsionibus; Habet etiam alios officiales, & Porterios.

Quartò, Concilium Bellicum, in quo præſi-
24 det eadem ſacra Catholica Maieſtas, † habetq; ſex Conſiliarios, viros Principes, vſu bellorũ, militięq; exercitatos, cũ ſuis ſecretarijs, alijſq; officialibus.

Quintò conſilium Cameræ, in quo ſimiliter
25 ſua Catholica Maieſtas Præſidet, † Quatuor habet conſiliarios, & Senatores, & ſunt ex illis, qui ſunt in Conſilio Regali, de quo diximus ſupra, verſ. Secũdo adeſt. Habet hoc tribunal ſuos Secretarios, aliosq; officiales ad illud explendum neceſſarios. In hoc tribunali tractantur omnes actus gratiam ſapientes, qui à Principe emanant, vt mihi retulit Admodum Illuſt. Dñs Don Petrus de Vera ab Aragonia in ſacro Cõcilio Neapolitano Decanus, vir omnium virtutum genere abſolutus, & nunc eiuſdem ſacri Conſilij Præſidens incorruptiſſimus.

26 Sextò; Concilium adeſt Italicũ, † in quo Res Italicæ, ſcilicet Regni Neapolitani, Siciliæ, Sardiniæ, Ducatus Mediolani, Portus Herculis, & Orbitelli, in hoc tribunali defuncto Gaſpare Quiroga Cardinali, qui in illo præſidebat, ſubrogatus fuit à Regia Maieſtate nuper Dõ Ioãnes Fernandez à Velaſco Regni Caſtellæ Comeſtabilis, qui nunc meritiſſimè Præſidet. Habet ſeptem Conſiliarios, ſiue Regentes, nunc in viuis optimè moderantes, Saladinum, Scudero, Franciſcum Aluarez de Ribera, Iacobum Mainoldũ, Lanzam, Celeſes, Camillũ de Curte,

& Io. Thomam Salamancam. Habet ſex alios officiales minores eidē tribunali inſeruientes.

28 Septimò adeſt Concilium † appellatum Hiſpanicè de Azienda, in quo præſidebat nuper Don Ferdinandus de Vegha, habet Conſiliarios ſiue Senatores duodecim. Secretarios quatuor, Fiſcalem vnum, Relatores cauſarum quatuor, alioſq; minores officiales ſex. In hoc concilio tractatur de omni Regis Patrimonio.

Octauò adeſt Cōcilium Ordinum Equitum,

29 de quibus ordinibus † latè dicam infra c. 74. Huic præſidebat paulo ante Don Iudicus de Cardona, adſunt Conſiliarij, ſiue Senatores quatuor, Secretarij Duo, alijq; officiales.

30 Nonò Concilium Aragoniæ, † in quo præſidet Vicecancellarius, adſunt Conſiliarij quinque, Secretarij quatuor, Fiſcalis vnus, ſcriba mandatorum vnus, Porterij quatuor, ac alij officiales in eodem Senatu inſeruientes.

Decimò. Concilium Luſitanicum, ſiue Por-

31 tugalliæ, † cui Præſidet Don Chriſtophorus Mora Princeps conſpicuus, & in eo reſidēt Auditores quatuor, Secretarij duo, & alij officiales quatuor. Habet etiam Capellanum Maiorem Regium, cui ſubſunt ſex alij Capellani minores Luſitani, adeſt ſanctiſsimi Domini noſtri Summi Pontificis Nuncius ſeparatim pro hoc Regno.

32 Vndecimò adeſt Concilium † Cameræ, ſeu computorum, ac Rationum, in quo ſunt Auditores quatuor, Fiſcalis vnus, Relator vnus, ſed & adeſt Locūtenens vnus, Rationales Maiores, duo, qui Contadores Maiores appellantur, alijq; rationales viginti, quos Cōtadores de Riſolda, appellant, Secretarij duo, & Porterij quatuor.

33 Duodecimò adeſt Concilium Indiarū, † in quo affuit olim Præſidens Doctor Don Antonius de Padilla, habet Conſiliarios quatuor, Fiſcalem vnū, Relatores duos, Secretarios duos, Rationales maiores tres, quos Contadores maiores dicunt, Porterios tres.

Decimotertiò in eadem Curia adeſt Conſeſ

34 ſus Cauſarum Capitaliū, & Criminaliū, † in hoc ſunt quatuor Doctores præfecti eiſdē cauſis, hos Hiſpanicè Alcaides nominant, adeſt Fiſcus, adeſt Carcerarius, alijq; officiales eidem tribunali neceſſarij.

Decimoquartò pro ſtatu inferioris Germa-

35 niæ, ſiue Belgico ſunt in eadem † Curia Secretarij Regij duo, qui eiuſdē ſtatus negotia tractant, alijq; officiales eidem officio neceſſarij.

Decimoquintò, adeſt Regēs, & conſiliarius

36 pro inſulis Canariæ, cum † ſuis alijs officialibus, deputatis pro negotijs earundem inſularum. Hæc omnia, aliaq;, in curia ſita ſunt quorum notitiam non habemus.

Extra Curiam per Hiſpaniæ Regna, ſunt alij quatuor iuridici conuentus, ſiue Conſilia, in quibus ſunt præfecti, Conſiliarij, alijq; Magiſtratus, ſunt autem infraſcripti.

37 In Oppido Pinciano, quòd Valladolid † appellant, idq; in Ciuitatem nunc redactum eſt, cum ſuo Epiſcopo, in hoc reſident ſui conſiliarij, ſiue Auditores, alijq; Magiſtratus ad illud tribunal neceſſarij.

38 In Vrbe Granatæ alius, in quo † ſunt ſimiliter ſui Præſidentes, atq; auditores, & hi maxima prærogatiua vtuntur, ob diuerſorum populorum ad illorum tribunal concurſum.

39 In Regno Nauarræ eſt alius † conuentus, in quo pro iuſtitia miniſtrāda coram Conſiliarijs ibidem deputatis cōcurrunt omnes ſubditi illius Regni.

40 In Compoſtella, ſiue Galitia † ſimiliter eſt alius conuentus Magiſtratuum Regiorum de cauſis ibidem cognoſcentium.

Similiter in alijs Regnis habet Rex Catholicus, conuentus aliorum cōſiliorum, & Sena-

41 tuum, vt in Luſitaniæ † habet Senatum totius Regni, in Ciuitate Regia Viyſſipona, in quo ſūt Magiſtratus, ac Senatores Regij apud quos omnia Regni iurgia dirimuntur, cum alijs officialibus, ad Regni gubernationem ſpectantibus, & pertinentibus.

42 In inſula Siciliæ adeſt † ſub Locumtenente, ſiue Prorege totius Regni, conſiliarij, Senatores, ac Regentes; Adeſt Magna Curia. Adeſt Cōſiliū ſiue Monarchia, de qua dixi ſupra. c. 53.

43 Apud inſulā Sardiniæ ſimiliter † adeſt conſeſſus Regius Magiſtratum Regiorum, in quo tractantur cauſæ omnium Inſulanorum.

44 Mediolani, adeſt conſeſſus † Regiorum Senatorum pro toto Ducatu ibidem concurrentes pro litibus granibus, quæ in eo agitantur.

45 In Hetruria adeſt Gubernator † Regius apud Orbetellum, ac Portum Herculeum, ab eo tamē cauſæ appellantur ad Concilium Regium Neapolitanum.

46 Apud Dolam in Burgundia † adeſt ſimiliter tribunal cum pluribus Senatoribus, & Conſiliarijs.

47 In Belgio adſunt † duo Senatus plurium cō ſiliariorū quorum alter apud Bruxellas, apud Mechliniam alterum reſidet, vt Barlandus, & alij fatentur, & de ipſis loquuntur.

Sic etiam apud Hollandos, Tranſiſelanos, &

48 Friſios, hi namq; vltimi apud † Groningam Ciuitatem tribunali Regio ſubſunt.

Regni tamen Neapolitani, dicam latius, vti

49 alij notitiam habeant. Adeſt enim ſub † Gubernatore, & pro Rege Cōcilium Regni ſupremum, quod appellatur collaterale, in quo, vt plurimum ſunt quatuor ſupremi Senatores, Cō ſiliarij, qui Regente appellantur, qui vti Doctores totum ferè Regnum gubernant, & regunt. Adeſt ibidem Secretarius Regius, qui habet ſub ſe alios officiales circiter triginta ibidem inſeruientes. Adeſt ibidem Conſilium Regium, ſiue Senatus in quo eſt Præſidens Sacri

Con-

Concilij, ac ſexdecim conſiliarij,in plures Rotas diuiſi. Adeſt Secretarius eiuſdem Sacri Cõcilij; ſunt ibidem Actuarij, examinatores, & Scribæ aſcendentes ad numerum ducẽtorum. Sunt Porterij plures,qui ſtant cuſtodiẽtes Portas Aularum, ſiue Rotarum, & ij vocant alta voce quærendo litigantes,& Aduocatos, quo mane ingrediuntur aulam, & eſt aliqua cauſa diſcutienda. Adeſt etiam Conſilium, ſiue Camera Regia,in qua prẽſidet Locumtenens Magni Camerarij, ac Decem Conſiliarij,ſiue Præſidentes,ſex Doctores, & quatuor alij non Doctores, qui eliguntur ex rationalibus Cameræ pro computorum diſpunctione Regiorum,Regij Fiſci Aduocatus vnus, & Procurator Regij patrimonij. Rationales duodecim. Quatuor ſigilli Regij cuſtodes; Adſunt Actuarij, ac ſcribæ, & Porterij, alijq; officiales circiter Ducenti. Adeſt Magna Curia Vicariæ, in quo eſt Regens cauſarum Capitalium,ac Criminalium,in quo ſunt quatuor iudices criminales Doctores, quorum duo ſunt ex nouiſſimis Conſiliarijs,alij duo ponuntur à Locumtenente,& pro Rege, & ij ſunt biennales. Adeſt Regij Fiſci aduocatus perpetuus vnus, Aduocatus Regius pauperum, Procurator Fiſci. Adſunt Actuarij examinatores Fiſcales, & ſcribæ, qui excedunt numerum Ducentorum. Adeſt etiam Tribunal Magnæ Curia Vicariæ cauſarum Ciuilium,quas committit idem Regẽs,octo adſunt iudices cauſarum Ciuilium Doctores Biennales in duabus Aulis Actuarij,ſcribæ,ſubactarij excedentes numerum trecentorum. In vtroq; Magnæ Curiæ conſeſſu, magna quantitas Militum, ſiue Alguzeriorum, qui ſunt ſub Capitaneis Cuſtodiæ Ciuitatis Neapolis,prẽſertim tempore Nocturno, ac ſub eodem Regente vti Capite, hiq; Alguzerij, ſiue viatores ſiſtunt litigantes,& carcerandos. Similiter adeſt Tribunal Magnæ Curiæ Siclæ, cũ ſuis iudicibus duobus Doctoribus perpetuis,ſunt Magiſtri Rationales, Actuarij, alijq; officiales. Qui oẽs alijq; qui omittuntur in Vrbe Neapolitana reſident. Sunt autem extra Vrbem octo alij Conuentus Iuridici,ſiue Audientiæ Regiæ,in quarum qualibet, adeſt Gubernator, ſiue Iuſtitiarius Prouincialis,qui maiori ex parte,ſunt Duces,Marchiones, Comites, & alij Equites à Rege creati, & ſunt biennales,ac triennales, in qualibet etiam ipſarum adſunt quatuor Auditores Regij, ſimiliter biennales, qui ponuntur à Prorege Regni, & vnus Regij Fiſci Aduocatus, & Procurator Regius vnus, & hi ſunt perpetui à Rege Creati, Habet quælibet ipſarum audientiarum ſuos Magiſtros Cameræ, Secretarios, Actuarios, Nuncios, ſatellites, ſeu viatores. Hæ vero Regiæ Audientiæ Reſident, in Ciuitate Licij in Magna Græcia, ſiue Hydrunto, in Ciuitate Trani, Salerni, Luceriæ, Theatæ, Conſentiæ, Rhegij, ac Montis fuſcoli.

Omiſi ex profeſſo Concilia, ſiue tribunalia
50 regia, Regni Mexicani,inſularum † Indiarũ, Philippinarum, ac noui orbis, ne plus debito lõgior exiſterem, cum ſeptem conſilia ibidem Regis noſtri eſſe ſcribat Gulielm. Zenoch. de Repub. Caroli.lib.2.

Eorundem Magiſtruum Regiorum munus
51 hoc eſt ad iuſtitiam litigantibus † exhibendam; quo modo autem id fieri debeat,& à quibus præcauere debent,amplè tradidi ſup.c.21.

Stipendia autem, & ſalaria eiſdem debẽtur,
52 ne mala, ac praua perpetrare † cogantur, de quibus ſalarijs, & ſtipendijs plusq; alius quiſpiam vſq; huc amplè tradidi de Magiſtratuum edictis lib.1.cap.11.Ibi videbitur. Deo permittente. Rex autem Catholicus virtuti deditos
53 ad culmina † Magiſtratuum extollit,ſtipendia liberaliſſimè tribuit, & ob merita aliquorum, quandoq; ſtipendia duplicat, ex Regio Theſauro,atq; ærario illa exhiberi faciẽdo,aliquos etiam prouehit ad Conſiliarij,ſtatus,ac bellici gradum; Comites creat alios,Marchiones,Duces,ac Principes, virtutẽ ſic erigendo,vt ſcientia prædíti irremunerati non tranſeant, alijq; diſcant virtutibus incumbere, Regiq́ue fidele ſeruitij obſequiũ exhibere,vt ijs ſtimuli,quandoq; tumidis, ac ſuperbis allecti mortales, in hoc mundo ſuã mercedem habuiſſe,gaudeant. Vtinam aliqui hoc liberale,& Magnificum Re-
54 gis† intentum,non vitio vertant,ſed Deo gratias reddant, quòd Regis animum ad eos fouendos mitem reddiderit,ac idcirco populis, ſe tractabiles, & non aſperos exhibeant, conſiderãtes, quòd ex ſtercore erigerit pauperes, & collocauerit cum Principibus populi ſui.

ARGVM. CAP. LXVII.

Bellum indicere poteſt Rex Catholicus, idq; iure, & authoritate probatur.

COMPENDIVM.

1 *Indicere bellum eſt de Regalibus, & ad ſupremum Principem ſpectantibus.*
2 *Rex Catholicus non recognoſcit ſuperiorem in temporalibus.*
3 *Rex Catholicus habet poteſtatem indicendi bellum.*
4 *Reges de facto Imperatorem non recognoſcentes indicendi belli authoritate funguntur.*
5 *Rex Aragoniæ bellum indicere poteſt.*
6 *Reges Hiſpaniæ bellum indicunt. nu.10.*
7 *An liceat bellum indicere pro recuperanda re ſua,ac furtiuè accipere.*
8 *Aliena poſſeſſio ab aliquo occupari de facto nequit.*
9 *Princeps legibus, & conſtitutionibus ciuilibus ſolutus eſt.*
11 *Principes Chriſtiani, Pontifici Maximo ſubditi, eo inconſulto, bellum contra alium Chriſtianum Principem indicere non poſſunt. nu.12.*

33 *Philippus Rex Catholicus nullum vnquàm bellum mouit, nihil vnquàm contra alium egit, vel armis nullum laceſſiuit, niſi coram Pontifice Maximo, & Cardinalium Conſiſtorio, cauſa propoſita, & perorata.*

CAP. LXVII.

QVI habet iura Regalia, ac ſupremo Principi ſpectantia, ac ſuperiorem in Temporalibus non cognoſcens, bella indicere poteſt. Sed Rex Catholicus habet iura ſupremi Principis, & neminem recognoſcit in temporalibus, ergo Rex Catholicus bellum indicere poteſt.

Maior probata eſt ſupra c. 32. In quo traditum eſt, Indicere bellum, eſſe de Regalibus, &
1 ad ſupremos † ſpectare Principes. Inſuper Ca-
2 tholicum Regem non † recognoſcere aliquem, dictum eſt ſupra c. 47. & 48. Vnde ſequitur con-
3 cluſio Regem Catholicum ius † indicendi bellum poteſtatem habere.

Reges autem de facto Imperatorem non re cognoſcentes indicendi belli authoritatem ha-
4 bere † concludit Oldrad. in conſ. 70. incip. An Princeps. Vt in ſpecie de Rege Aragoniæ di-
5 cit † Raphael Fulgoſ. in l. Ex hoc iure. ff de iuſt. & iur. aſtipulantur notata per Bartol. in l. Hoſtes. nu. 9. 16. ff. de Captiu. & poſtlim. reuerſ. voluit Panor. in c. Sicut infra. il 3. num. 8. de iureiurand. Vbi dicit, Reges Hiſpaniæ poſſe bel-
6 lum indicere, quia † habent iura Principis, nec habent ſuperiorem temporalem, ad quem poſſint recurrere pro iuſtitia, ex mente Innocent. in c. Olim il 1. de Reſtit. ſpoli. qui dicit, quòd vbi quis rem ſuam poſſeſſam per alium, vel ius ſuum proſequi non poteſt, licitum eſt authoritate ſuperioris, Arma mouere, & bellum indi-
7 cere ad recuperandum ſua, ac † etiam furtiuè accipere c. 1. 23. q. 2. l. Nullius. C. de iud. Tamen ſi Principem ſuper ſe habeat, eius authoritate hoc faciat, & non aliter. c. 1. 24. q. 2. Et hoc iuſtum videtur, quia nulli licet iura temperare, ſine authoritate conditoris iurium. In iure autem continetur, alienam poſſeſſionem quem oc-
8 cupare † non poſſe. l. Si quis intantam. C. vnd. vi. Ipſi autem Principi, qui à Conſtitutionibus
9 Ciuilibus ſolutus eſt, ſine † authoritate hoc licet. l. Digna vox. C. de legib. Hæc sũt verba Innocentij. Hanc eandem opinionẽ tenuit Tho. Grãmatic. in deciſ. Neap. 65. nu. 74. Vbi inquit,
10 Hiſpaniarum † Regem poſſe bellum indicere.

Ex iam dictis videtur, nõ ſolum Regem Catholicum, ſed, & alios Chriſtianos Reges, ac Principes, cum Pontifici Maximo ſubiaceant,
11 illo inconſulto, † bella indicere non poſſe. Tho. Grammat. in dicta deciſ. 65. nu. 74. Quam opinionem ego veram ſentio, dum Princeps
12 Chriſtianus contra alium Principem † Chriſtianum bellum mouere intenderet, aut alium Populum, ac Regnum Chriſtianum. Hac perpetua obſeruantia vſus eſt Philippus Rex Catholicus, nullum enim vnquàm Chriſtianum populum, vel Principem Chriſtiano nomine profitentem bello laceſſiuit, niſi perorata, ac relata prius cauſa coram Pontifice Maximo, &
13 † omniũ Cardinalium Collegio, ac factis debitis, & Chriſtiano Principi neceſſarijs monitionibus, ſic in Belgas, ità in Luſitanos, ſic in alios quoſcunque ſemper ſe exercuit. Iuſtè igitur repræhendi vnquam poterit, ſi monitis inauditis bellum in aliquos monit, & ob id Dei Optimi Maximi beneficio, ſemper fęliciſſimè omnia ei ceſſerunt. Ad bellorum Segetem, qui plura deſiderat, quæ ſcripſimus ſupra. c. 32. videat, & materiam plenam videbit.

ARGVM. CAP. LXVIII.

Antiquiora, & commodiora Regna, ac Dominia poſſidet Rex Catholicus, antiquitates, & commoditates ad viuum enucleantur.

COMPENDIVM.

1 *Summus Pontifex, ſeu ſancta Romana Eccleſia, quid poſſideat in Italia?*
2 *Sereniſsimæ Reſpublicæ Venetorum, Genuenſium, & Lucenſium, quid poſſideant in Italia remiſsiuè. Sereniſsimi Dux Sabaudiæ, Magnus Dux Hetruriæ, Dux Ferrariæ, Dux Mantuæ, Dux Vrbini, poſſident eorum ſtatus Italia.*
3 *Rex Catholicus, quos ſtatus poſſideat in Italia?*
4 *Solidum ius quęritur ex temporum prioritate.*
5 *Antiquiſsimum quod eſt, hoc eſt venerabiliſsimum.*
6 *Antiquitas Italiæ, nulli Orbis parti cędit.*
7 *Kithim ideſt Italia poſt Diluuium primo loco habita. num. 15.*
8 *Iapeto filio Noę Italiæ contingit.*
9 *Gomerus Gallus Iapeti, ſiue Iani filius. nu. 69. 73.*
10 *Priora Regna hęc nominantur, Armenium, & Italicum. num. 11.*
12 *Italię ſplendidiſsima origo, tempore, & origine gentis.*
13 *Ianus ſub initium Aurei Seculi in Hetruria lęuum latus Tyberis tenuit.*
14 *Moyſes Italię meminit.*
16 *Inſula Cethim, ideſt Italiæ.*
17 *Italia inſula inſtar.*
18 *Portus Herculeus, & de eo multa remiſsiuè.*
19 *Thomas Facellus Siciliæ antiquitates ab omni temporum iniuria vindicauit.*
20 *De Italiæ laudibus multa ex Strabone.*
21 *Italiæ temperies.*
22 *Italiæ longitudo, & latitudo.*
23 *Italiæ Flumina, & Lacus.*
24 *Italiæ Metalla.*

25 *Italiæ materia, esca, pecora.*
26 *Italiæ vbertas.*
27 *Italiæ laudes ex Pomponio Mela.*
28 *Italiæ laudes ex Iulio Solino.*
29 *Italiæ laudes ex Plinio.nu.30.*
31 *Italia laudes ex Varrone.*
32 *Italiæ laudes ex Aeliano.*
33 *Italiæ laudes.*
34 *Italiæ laudes ex Floro.*
35 *Italiæ laudes ex Cassiodoro.*
36 *Scyllaceus sinus apud Brutios.*
37 *Italię laudes ex Ioanne Boemo.*
38 *Regnum Neapolitanum, est Ambitiosorum, Auarorum, ac Tyrannorum Palestra.*
39 *Italiæ laudes ex Virgilio.*
40 *Insulę Siciliæ fertilitas omnibus nota.*
41 *Galesus Italię Fluuius.*
42 *Mons Hybla, & de suis apibus in Sicilia.*
43 *Croci fertilitas apud Magnam Greciam, Marrucci-nos, Marsos, & Aprutinos, ac Sieulos.*
44 *Canabis qualitas apud Sabinos, Capuanos, Auersanos, totamq; Campaniam.*
45 *Apulia frumentis abundans.*
46 *Italia digna fuit, tenere Spirituale, & Terrenum Imperium, sanctam Dei Ecclesiam, Summum Christi Vicarium, Petri successorem.*
47 *Paulus Apostolus in Hispania ad prædicandum.*
48 *Hispania habitata à Thubal Iapeti filio.*
49 *Ianus in Celtiberos Hispalos venit.*
Setubal in Lusitania, vel Dubal Ciuitates à Thubalo conditas.
50 *Pomponius Mela, num Bethican in Hispania descripserit.*
51 *Contra eos, qui Berosum non habent inter Historicos.*
52 *Berosum Magnificiunt Iosephus, & D. Hieronymus post Plinium.nu.53.*
54 *Hispania vnde dicta.*
Celtiberi quid nu.55.
55 *Celtę quid nu.56.*
57 *Hispani Gallecі à Gomero Gallo dicti. num. 58, 59. 60.*
61 *Brennus Belga Dux in actum transeuntis, non permanentis obsedit Romam.*
62 *Camillus de Brenno, siue eius bello triumphauit.*
63 *Galli à Candore dicti, quia γαλα lac album significat.*
64 *Galathę sic nuncupati à Corporis candore.*
65 *Galactites siue Galaxias Gemmę species, intercurrentibus Venis sanguineis lactei coloris.*
66 *Brennus, suiq; milites deleti dum spoliarent Apollinis Delphici templum. nu.67.*
68 *Gallos Cisalpinos inter Italos enumerat Cicero.n.69.*
70 *Gomarenses qui?*
71 *Galathæ Græciæ populi, & à flumine Gallo dicti. num.72.*
73 *Gomerus Gallus Italiam habitauit.*
74 *Hispaniæ laudes ex Strabone.*
75 *Hispaniæ laudes ex Solino.*
76 *Hispaniæ laudes ex Plinio.*
77 *Hispaniæ laudes.*
Hispaniæ laudes ex Iustino.
78 *Burgundię, Flandriæ, Arteſię, Hollandię, Hannoniæ, Phrisię, Brabantię laudes remissiuè.*
79 *Belgię, & inferioris Germaniæ fertilitas, & commoditas.*

CAP. LXVIII.

SVmmus Pontifex sanctaq; Romana ecclesia possidet in Italia partē Insubriæ, quam Lombardiam appellant, in statu Bononiensi, Vm-
1 briam, †statumq; Perusinum, Spoletinum, Marchiam Anconitanam, partem Latij, siue Campaniæ. In eadem Italia, suum habet Imperium
2 †Senatus, & Respublica Venetorum, Respublica Genuensium, & Lucensium; Aliam partem habet Dux Sabaudiæ, Dux Magnus Hetruriæ, Dux Ferrariæ, Dux Mantuæ, Dux Vrbini, Dux Mutinæ, & Rhegij, alijq; Principes. Sed & in
3 ea suos habet Status Rex Catholicus † Regnū Neapolitanum, siue Regnū Siculum, Ducatum Mediolani, ac in Hetruria Herculeum Portum, Orbitellum, & Plumbinum nunc habet, & Regna Hispania, quæ sunt antiquiora, & commodiora omnibus alijs, & sic alia dominia eiusdem Catholici Regis, Idcirco vt possidēs Regna antiquiora, ipse maxima prærogatiua vti-
4 tur, ex temporis enim prioritate solidum † ius quæritur. l. Qui Balneum. l Qui potior. ff. qui pot. in pignor. hab. cum simil. Quod enim anti-
5 quissimum, hoc venerabilissimum esse † voluit Aristoteles. lib. 1. Metaphysic. cap. 2. cum alijs multis adductis per Bartholom. de Cassen. in Catalog. Gloriæ Mundi parte 4. consideral. 23. & ad saturitatē in eodem casu Iacob. Philipp. Port. in consil. 167. num. 54. cum pluribus seq. Frideric. Scot. in consil. 28 num. 10. cum seqq. lib. 6. tom. 1.

Quātum attinet ad Italiæ antiquitatem, nul
6 li orbis parti cędere, notum † est: Hinc rectè Virgilius lib. 1. Aeneidos:

Terra antiqua, & potens,

Si enim à veritate non deflectamur, inchoando ab vniuersalis Diluuij initio: Dum Noe secundus hominum parens, tribus filijs Semo, Chamo, ac Iapeto, Aphricam, Asiam, & Euro-
8 pā diuisit; apparebit inter Europæ partes has fuisse primo loco habitatas, Celtiberiam, Celtas, & Kithim, † ideſt Italiam, Tuyscones, & Ioniam, vt est author Berosus lib. 1. Istaq; portio Europæ Iapeto, ac aliquibus ex suis filijs
8 contingit. Hic Iapetus Europam sortitus † in multas creuit gentes, dictusque est Ianus, qui primo regnauit apud Tuscos in Hetruria, tenens Lævum Tiberis Latus, ab hoc descendens Gomerus † Gallus eius filius colonias
9 posuit in Regno, quod post Italia dicta est. Porro Aschanez filius Gomer, de quo Genes. c. 10. ante omnia in vltima Italiæ parte apud Calabros in Regno Neapolitano Ciuitatem

ædificauit, cui à ſuo nomine Aſchenaz nomen impoſuit, quæ Reghium poſtea dicta fuit. vt teſtatur Ioſephus Antiquit. Iudaicar. lib. 3. dicẽs, Aſchanez inſtituit populos, à Græcis Reghinos appellatos. Hinc Hierony. in quæſt. ſuper Geneſim, dicit, Aſchenam eſſe Ciuitatem Italiæ, Reghium à Græcis dictam. Steterat autem Italia in ſolitudine ab anno Diluuij vniuerſa-
10 lis 108. quo inſtituit Italicum Regnum † primum ipſe Noè, fuitque Iapetus eius filius Ianus appellatus, qui ſtetit per triginta tres annos, & poſt ipſum Gomerus Gallus eius filius, eiuſque poſteri aliqui. vt idem Beroſus eſt author. lib. 4. & nouiſſimè Gul. Zenocar. de vita, & Repub. Caroli. lib. 2. Quod hoc vno argumento ſolido probatur, quia à Diluuio, hæc duo Regna prius habitata, ac priora fuere, & hæc ſola
11 nominantur, Armenum, & Italicum, † vt his verbis Beroſus. lib. 3. demonſtrat, dum de acceſſu Noè in Italia, & eius morte loquitur dicens: Cumq; iuiſſet ad Regendũ Kithim, quam nunc Italiam nominant, deſiderium ſui reliquit Armenis, ac propterea poſt mortem illum arbitrati ſunt in Animam cęleſtium corporum, tralatum, & illi diuinos honores impenderunt, & ob id ſolum hæc duo Regna, Armenum quidem, quia ibi cœpit, Italicum verò, quia ibi finiuit, & docuit, & Regnauit: Naturaliumq;, atque diuinorum, quæ eos erudiuit, libros pleniſſimè illis conſcriptos, reliquit. Hæc Beroſus. quem nouiſsimè ſequitur Ioannes Magnus Hiſtor. Gothorum, & Suenon. lib. 1. cap. 3. Quibus cõcinunt ſcripta à Marco Catone de Originibus in princip. Italiæ (inquit) ſplendidiſſima
12 origo fuit, tum † tempore, tum origine Gentis. Cœpit enim aureo ſæculo ſub Principibus Dijs, Iano, Chameſe, Saturuo, gente Phœnica, & Saga, quæ poſt inundationem terrarum, per Orbem primas Colonias miſit. Hæc Cato. Et Quintus Fabius Pictor de Aureo Sæculo, & Origine vrbis. lib. 1. Italiæ (ait) Imperium, pẽnes duos populos Principes extitit, poſterius Romani, principio Tuſci ſub Iano cœperunt In Aureo Sæculo. Aurea ætas primo otru generis humani fuit, ſic dicta, quòd poſterioribus ſæculis comparata, æquè, atque Aurum inter metalla effulſit. Eam cœpiſſe ſub Ogyge, ante Ninum annis circiter ducentis quinquaginta Xenophon, atque maiores prodiderunt. Is Ia-
13 nus ſub initium † Aurei Sæculi, Læuum latus, Tyberis in Hetruria tenuit; Chameſes verò, ac Saturnus circa finem eiuſdem ætatis, dextrum incoluerunt. Hæc Fabius, de his Ouidius lib. 1. Faſtorum ſic inquit: (nem,

Cauſa Ratis ſupereſt, Thuſcum Rate venit ad Am-
Ante per errato Falcifer Orbe Deus.

Et poſt pauca idem Ouidius eodem in loco:

At bona poſteritas puppim formauit in Aere,
Hoſpitis aduentum teſtificata Dei.

De Italiæ antiquitate multi q̃ plura ſcripſerũt, q̃ ego vti vulgatiſſima, & cuiq; obuia, omitto.

Tantæ Molis erat Italiæ nomen, quòd non abſq; magna cõſideratione, eius meminit Moyſes, teſtante Propheta Balaam Num. c. 24. Venient (inquit) in Trieribus de Italia ſuperabũt
14 † Aſſyrios, vaſtabuntq; Hebræos, & ad extremum etiam ipſi peribunt. & Iſaiæ c. 66. dicitur. Et ponam in eis ſignum, & mittam ex eis, qui ſaluati fuerint ad gẽtes in Mare, in Aphricam, & Lydiam, tenẽtes Sagittam in Italiam, & Græciam ad Inſulas longè ad eos, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. & Ezechiel. c. 27. Quercus de Baſan dolauerunt in Remos tuos, & tranſtra tua fecerunt tibi ex Ebore Indico, & Prætoriola de inſulis Italiæ. Et ſub nomine Kithim pluries meminit ſcriptura, ſed antequàm locos referam, narrabo differentiam, quia in nonnullis codicibus, littera textuũ fuit mendosè appoſita dictio Cethim, pro Kithim. Quia Cethim eſt nomen proprium vnius ex filijs Iuan, qui fuit filius Iaphet, & de hoc habetur Geneſ. cap. 10. vbi de Cethim, & Dodanim filijs Iuan fit mentio. Et ſimiliter habetur 1. Paralipom. cap. 1. Sed dum dicit de terra Cethim, credo id fuiſſe ex impreſſorum errore, cum dicere debuiſſet Kithim, vel Cheithim, corruperunt dicendo Cethim, de qua dictione plurima dixi in Apologia Catholica Italo Idiomate à me conſcripta in ſententiam Pilati Aquilæ repertam.

Quãtum verò attinet ad dictionem Kithim, quam Italiam interprætati ſunt omnes, præſertim Hieronymus, ad quod facit illud ſupra al-
15 legatum Numer. cap. 24. † Quo in loco dicitur, venient de Trieribus de Italia. Septuaginta interpretes habent de Kithim. Sic Iſaias cap. 23. ibi de Terra Cethim reuelatum eſt. & ibidem. In Cethim conſurgens trãsfreta, ibi quoq; non
16 erit requies tibi. & Hieremiæ c. 2. † Tranſite ad Inſulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer, & videte ſi factum eſt huiuſcemodi, ſi mutauit gẽs Deos ſuos. Vbi ſeptuaginta interprætes dixerunt. Ite ad Inſulam Italiam, quia gens non mutauit Deos ſuos. Vnde Titus Liuius lib. 5. dicit, Italia inſtar in-
17 ſulæ, cingitur † ſupero, & infero Mari. Plin. lib. 3 cap. 5. & Caius Sempronius in lib. De diuiſion. Italiæ. Sic in illo Ezechielis. cap. 27. de inſulis Italiæ. Septuaginta. verterunt de inſulis Cheltijm. Quam expoſitionem vbiq; probauit Hieron. tam apud Iſaiam, Hieremiam, q̃ Ezech. & Beroſus ante eum, & ibi etiam Io. Annius. & Io. Lucidus de temporib. lib. 2. cap. 4. & pleriq; alij. Nec non Benedictus Pererius in Geneſim lib. 15. tomo 2. & de Aquila Iudæo Pontico, qui venerat de Italia, meminit Lucas Actuum. cap. 18. & de Paulo nauigante in Italiam. idem Lucas Actuum. cap. 27. Quoad Lombardiam, ſiue Inſubriam, quæ continet Mediolanum, ſcribit Plin. libro 3. cap. 17. Strabo. lib. 4. Ac

nouiſsimè Bernardus Saccus Hiſtor. Ticinenſ. lib.1. pertotum. Vbi de tota Italia, ac de Regno Neapolis,& Sicilię multa loquutus eſt. De
18 Portu Herculeo † multa Plin.lib.3. c.5. Ptolo. lib.3.cap.1. Cato in lib.de Originib. De Inſula Siciliæ non oportet me laborare ad oſtenden-
19 dam † eius antiquitatem, quia nouiſſimè poſt multos ſcriptores ab omni temporum iniuria vindicauit Thomas Facellus in Commentar. Rerum Sicularum.

Quo vero ad eiuſdem Italiæ, ſuorumq; populorum,ac locorum,cum cõmoditatem, tum fœlicitatem,ac fertilitatem, ità inquit Strabo. lib.1.Et Italiæ promõtoria nouit, eam mediam vocans; Scit etiam Siculos, & Hiſpaniæ promontoria,eiuſq; fœlicitatem. & iterum de eadem Italia loquitur idem Strabo.lib.5.& lib.6. vbi in fin.ait,ad verbum.Cum multa à nobis diſputata ſint(loquitur autem de Italia)nunc am
20 pliſſima ſignificabimus, quibus† hoc tempore ad tantum Maieſtatis faſtigiũ res Romana conſcenderit,vnum quidem,ꝙ inſtar inſulę,tuta in circuitu maria cuſtodiant, paucis exceptis partibus, quæ tñ inacceſsis, vti muro, montibus, vallatæ ſunt.Secũdum eſt maximè ex parte ipſius importuoſitas, & ꝙ ſicubi portus exiſtũt, magnitudine, & excellentia mirabiles adſtant aduerſus externorũ impetus,cõmodi. Nec minus ad inferendas incurſiones, & ad ipsã mercaturæ commoditatem,& abũdantiã.Tertium,
21 aeris†vniuerſi tẽperies,cui ſubiacet.Ad quam varietatem,animalia,arbores,&(vt paucis ſimpliciter dicam) cuncta quibus vtiliſsimus mortalibus victus ſuppeditatur,plurimam diuerſitatem habent,ſiue bonum, ſiue malum dixeris.
22 Ipſius longitudo†à Septẽtrione in Meridiem, vt plurimum extenditur.Cuius longitudini ad ditamentum eſt Sicilia,talis, & tanta,perinde, ac eius pars. Aeris temperies, & intemperãtia pro caloris,& frigoris,& horum mediocritatis conditione dijudicatur.Itaq; cum tanta longitudine,quæ nunc eſt Italia, eam in amborũ exceſſuum medio iacẽtem, plurimam temperatè conditionem,cõtinere neceſſe eſt, modiſq; plurimis.Id etiam alio illi pacto cõtingit.Nã cum montes Apennini, perpetua longitudine porrigantur,cumq; latus vtrumq; cãpos, & colles frugiferos emittat,nulla pars extat,cui nõ mõtanis,& campeſtribus bonis frui cõtingat.Ad-
23 de fluuiorum, & lacuum † magnitudinem, & copiam. Ad hæc, & frigidarum, & calidarum ſcaturigines aquarum, quas ad mortalium ſalutem,parẽs natura compluribus in locis com-
24 paranit. Quid diuerſarum facultates † metal-
25 lorum? Quid materiam, atque eſcas † hominibus,ac pecoribus attributas? Quid fructuum
26 vbertatem, atque † bonitatem pro dignitate diſſerat? Inter gentes quidem ampliſsimas, & Græciam ipſam, & Excellentiſsimas Aſiæ partes,media conſiſtẽs,virtutis præſtantia, & amplitudine ad circum ſtantibus ad Imperandum, nata eſt, ex vicinitate ſubiugandorum facultatem nacta. Quòd ſi ad ſuſceptam de Italia orationem, & de Romano populo,cuius ditioni ſubiecta eſt, ſummatim quædam adijcienda ſit ratio,quando ipſam Romani ad vniuerſi orbis Imperium, perfugium ſtruxerunt, ac propugnaculum. Aſſumatur, & hæc, quòd poſt Romam conditam, Romani perpetuo, multas hominum ætates, ſub Regio Principatu, integrè, caſtèque duxerunt. Poſtea, cum Tarquinium, qui Regum vltimus, improbè, flagitioſèque Imperabat, eiecisſent, ac Vrbanam ſic mixtam conſtuere, vt ſingulas Principatus,& optimates,regerent,accerſitis in Regni communicationem,atque vſum Sabinis,latinisque. Quos cum ingratos,ſicut, & alios finitimos,aſsiduè deprehendiſſent, eorum ſtrage ſuum amplificare, quodammodo coacti sũt Imperiam. Hoc pacto paulatim ad incrementum progredientibus illis, euenit, vt Ciuitatem repentè, præter ſpem hominum, amitterent, præterque ſpem reciperent. Hoc autem Nono, & Decimo, poſt commiſſam Nauale pugnam, ad Capræ fluuium, anno geſtum eſt, ſicuti Polybius memoriæ prodidit. Poſtquam factam cum Antialcide pacem, Romani, cum iſtos propulſaſſent, Latinos primum omnes ſubiugarunt, deinde Tuſcos,& Gallos Tranſpadanos ab inuerecunda quadam licentia repræſſerunt. Poſtea Samnites, poſt quos Tarentinos, ac Pyrrhum debellarunt, reliquumque, noſtra ætate, Italiæ, præter circumpadanam Regionem,ea namque ad huc belligerante: In Siciliam tranſmigrarunt, qua excluſis Carthaginenſibus, Padam, Galloſque repetierunt: Vbi conſiſtente adhuc bello: Ecce Annibal irrupit Italiam, hocque ſecundum bellum incidit Punicum:Nec longè poſt tertiũ,in quo deleta Carthago fuit, & Romani potiti ſunt Aphrica, & Hiſpania, quas Carthaginenſibus eripuere. Græci verò, & Macedones, & Aſiæ intra Taurum, & Alyn fluuium, incolæ, nouandis rebus, cum Carthaginenſibus conſpirarunt. Hos etiam, vt ſimul in poteſtatem redigerent, progreſsi ſunt. Equibus Antiochum Regem, & Philippum, & Perſen, & Illyrios, Thracesque finitimos, Græcisque, ac Macedonibus aduerſus Romanos, belligerendi primordia eripuere, & donec vniuerſos in ſtragem darent, qui intra Iſtrum, atque Alym incolunt, perpetuo dimicare perrexerunt. Eadem, & Hiſpani, & Galli ſunt perpeſsi, cæterique omnes, qui Romano parent Imperio. Ab ſubiuganda enim Hiſpania, nunquàm ab armis cæſſatum eſt, donec vniuerſam illatis ſtragibus, occuparent. Captis deinde Numantinis, & Viriato, nouiſsimeque Sertorio Mactato, vltimiſque vaſtatis Cantabris, ab Cæſare Auguſto exteriorem, & interiorem

rem Galliam totam cum Liguria: Primum quidem particulatim adepti ſunt, poſtea D. Cęſar, de hinc Auguſtus, communi bello pariter cœperũt. Hoc verò tempore aduerſus Germanos belligerant, ab hiſce propinquis incitati locis. Vnde quibuſdam iam Triumphis, decoratã fecere Patriam. Oram Africæ (niſi quæ Carthaginenſibus ſubiecta eſt) Regibus, & illis quidem ſubditis commiſerunt, qui cum deſciuere, extincti ſunt. Nunc ſub Iubæ Regno conſtitit, & Mauritaniæ, & cęteræ Lybiæ partes plurimæ, propter illius in Romanum populum beneuolentiam, & amicitiam. Similia, & de Aſia contingere; Si quidem initio per Reges Romanis obedientes gubernabatur. Poſtmodũm cum illi defeciſſent, vt Reges Attalici, Syri, Paphlagones, Cappadoces, & Aegyptij rebellãtes, ac poſtea deſtructi: Quemadmodum, & de Mithridate, & Eupatore caſus tulit, & de Ægypti Regina Cleopatra, cũcta ſanè intra Phaſin, & Euphratem, præter Arabes aliquos, Romanũ poſſidet Imperiũ, & ab eis Reges deſignati. Armeni verò, & vltra Colchos iacẽtes, Albani, & Iberi, ſola Ducum præſentia indigentes, benè q̃dem ſeſe cõtinent. Hæc ibidem Strabo, pluraq; alia.

Et de Italiæ Regione, quaſi illa vulgatiſſima,
27 omnibusq; nota ſit. Pompon. Mela † de ſitu orbis. lib. 2. c. 2. dicit, de Italia magis, quia ordo exigit, q̃ quia monſtrari egeat, pauca dicentur. & Paulò poſt. Vocat amenæ Campaniæ lictora.
28 Vnde de illa Iulius Solinus † in Polyhiſtore. c. 7 inquit: Sed Italia tanta cura ab omnibus dicta eſt, præcipuè M. Catone, vt iam inueniri nõ poſſit, quod veterum authorum præſumpſerit diligentia, largiter in laudem excellẽtis terræ, materia ſuppetente, dum ſcriptores præſtantiſſimi, reputant locorum ſalubritatem, Cœli temperiem, vbertatẽ ſoli, aprica collium, opaca nemorum, innoxios ſaltus, vitium, olearumq; prouentus, ouilia pecuaria, tot Amnes, lacus tantos, bifera violaria, inter hæc Veſeuum, flagrantis animę ſpiritu vaporantem, tepentes [illegible]bus Baias, colonias tam frequentes, tam [illegible]duam nouarum vrbiũ gratiam, tam clarum Decus veterum oppidorum. Hæc Solinus. De eadem Plin. lib. 3. c. 5. Nec ignaro (inquit) in-
29 grati, † ac ſegnis animi exiſtimari poſſe meritò, ſi breuiter, atque in tranſcurſu ad hunc modum dicatur, terra omnium terrarum alumna, eadem, & parens, numine Deum electa, quæ cęlum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret Imperia, Ritusq; molliret, & tot populorũ diſcordes, ferasque linguas, ſermonis commercio, contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterque vna cunctarum gentiũ in toto orbe, patria fieret. Sed quid agam? Tanta nobilitas omniũ locorum, quos quis attigerit, tanta rerum ſingularum, populorumq; claritas tenet. Vrbs Roma, vel ſola in ea, & digna tam feſta ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Qualiter Campaniæ ora per ſe fęlixq; illa, ac beata amenitas? vt palam ſit vno in loco gaudentis opus eſſe naturæ. Iam ea tota vitalis, ac peremnis ſalubritatis Cœli temperies eſt, tam fertiles cãpi, tam aprici colles, tam innoxij ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſiluarum genera, tot montiũ afflatus, tanta frugum, & vitium, olearumq; fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot opima Tauris colla, tot lacus, tot Amnium, fontiumq; vbertas totam eã perfundens, tot Maria, Portus, gremiũq; terrarum commercio patens vndiq;, & tamq̃ ad iuuãdos mortales ipſa auidè in Maria procurrens. Neq; ingenia, ritusq;, & lingua, manuque ſuperatas commemoro gentes. Ipſi de ea iudicauere Græci, genus in gloriã ſuam effuſiſſimum, quotam partem ex ea appellando Græciam Magnam. Hæc Plinius. Et alibi idem Plin. lib. 37. cap. 13. Quod eſt vltimum inquit.
30 Et iam per actis omnibus naturæ † operibus, diſcrimen quoddam rerum ipſarum, atq; terrarum facere conueniat. Ergo in toto Orbe, & quocunque Cœli conuexitas vergit, pulcherrima eſt omnium, rebusque meritò Principatum naturæ obtinens, Italia, Rectrix, parensq; mũdi altera, viris, fœminis, Ducibus, militibus, ſeruitijs, artium præſtãtia, ingeniorum claritatibus, iam ſitu, ac ſalubritate cęli, atq; temperie, acceſſu cunctarum gentium facili, littoribus portuoſis, benigno vẽtorum afflatu. Etenim contingit recurrentis poſitio in partem vtiliſſimã, & inter Ortus, Occaſusq; mediam, aquarum copia, nemorum ſalubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, ſoli fertilitate, pabuli vbertate, quicquid eſt, quo carere vita non debeat, nusquam eſt præſtantius, Fruges, vinum, olea, vellera, lina, veſtes, iuuẽci. Ne equos equidem in Trigarijs præferri vllos vernaculis animaduerto. Metallis, auri, argẽti, æris, ferri, quamdiù libuit exercere, nullis cæſſit. Et ijs nunc in ſe grauida, pro omni dote, varios ſuccos, & frugum, pomorumque ſapores fundit. Hactenus de illa Plinius. Ante ipſum Marcus Terentius Varro de re ruſtica lib. 1. c. 2. inducit Publium Agraſium interrogan-
31 tem Cum cõſediſſemus † (inquit) Agraſius, vos, qui multas per ambulaſtis terras ecquã culciorem Italia vidiſtis, inquit? Ego verò Agrius, nullã arbitror eſſe, quæ tam tota ſit culta. Primum cum orbis terræ diuiſus ſit in duas partes ab Eratoſtene, maximè ſecundũ naturã ad meridiem verſus, & ſeptemtriones. Et ſine dubio, quoniam ſalubrior pars, ſeptemtrionalis eſt, q̃ Meridiana, & quæ ſalubriora illa fructuoſiora, dicendum eſt magis eã fuiſſe oportunã ad colendũ, q̃ Aſiam. Ibiq; Italiam primum, ꝙ eſt in Europa. Secundò, ꝙ hæc temperatior pars eſt, quàm interior, nã intus penè ſempiternæ hyemes. Neque mirum, quòd ſunt Regiones, inter circulum ſeptemtrionalem, & inter Cardinem

Cœli, vbi Sol etiam ſex menſibus continuis non videtur. Itaq; in Oceano in ea parte, ne nauigari quidem poſſe dicunt, propter mare congelatum. Fundaneus, em tibi quicquam naſci putas poſſe, aut coli natum? Verum eſt enim illud Pacuuij, Sol ſi perpetuo ſit, aut Nox flamneo vapore, aut frigore, terræ fructus omnes interire. Ego hic, vbi Nox, & dies, modicè redit, & abit, tamen æſtiuo die, ſi non deffenderem meo inſiticio ſomno meridie, viuere nõ poſſem, illic in ſemeſtri die, ac nocte, quemadmodum quicquam ſeri, aut aleſcere, aut meti poſſit? Contra, quid in Italia vtenſile, non modo non naſcitur, ſed etiam non egregium ſit? Quod Far conferam Campano? Quod Triticum Appulo? Quod Vinum Falerno? Quod Oleum Venafro? Non arboribus conſita Italia eſt, vt tota Pomarium videatur? An Phrigia magis vitibus cooperta, quam Homerus appellat ἀμπελόεσσαν, quàm hæc? Aut Argos, quod idẽ Poeta πολύπυρον, in qua terra iugerũ vnum Denos, & quinos denos culleos fert vini, quòd quædam in Italia Regiones. Hæc Varro. Aelianus autem de varia Hiſtoria lib. . . ſcribit in
32 hæc verba. Incoluerũt † Italiam plurimi homines, & vix eſt terra, in qua plures fuerint coloni, quàm in Italia, idq; propter ſummam, & eximiam eius fertilitatem, diſpoſitionẽ marium, & commoditatem Portuum maris. Superauit etiam mãſuetudo incolarum, omnium aliarum nationum incolas, & numeratæ ſunt olim in ea, mille centum ſexaginta ſex Ciuitates. Hæc Aelianus. Inſuper author ille in Coſmograph.
33 lib. 2. inquit, cœpit etiam Italia ante † duo millia annorum ſibi vſurpare dominium in alias prouincias, eoq; temporis ſucceſſu peruenit, vt totius mundi imperium fœlicibus auſpicijs obtinuerit, id, quod ſuo loco infra dicam, vbi de adminiſtratione Imperij Romani, ſermo inciderit. Præfefert autẽ Italiæ ſitus, Maieſtatem quandam, proinde non quaſi ſine ratione ad tantam aſcenderit poteſtatem, quãdo quidem vndiq; ſic natura munita ſit, vt à nulla parte pateat ingreſſus in eam citra laborem, & ſudorem. Cingitur æquoribus, ceu magnis foſſis, & à tergo habet montes inſtar incorruptibilium murorum. Et poſt pauca idem de aliqua Regni Neapolitani parte inquit. Campania pulcherrima Italiæ terra, quæ bis floribus vernat, certamenq́ue dicitur Liberi, & Cereris ob ſummam Soli vbertatem, hic amitti vitibus mõtes, Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherrimus omnium Veſuuius, Aetnei ignis imitator, caput vrbium regionis Capua, cõdam inter tres Maximas, Romani, & Carthaginem numerata. Et ibidem Venetiæ, reliquis vrbibus opulẽtiores, Mediolanum minus, Genua ſuperbior, Florentia pulchrior, Bononia fertilior, Rauenna antiquior, Neapolis nobilior, & Roma caput Chriſtianæ poteſtatis vocetur. Hæc ille de qua antea Cicero de lege Agraria contra Rullum. Campania (inquit) ſemper ſuperbit, bonitate agrorum, & magnitudine fructuum, ſalubritate aeris, & pulchritudine regionis. Vnde Lucius Florus in Epithom. de Geſtis Rom. lib. 1. c. 16.
34 Omnium (inquit) non modo † Italia, ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga, nihil mollius cœlo, denique bis floribus vernat, nihil vberius ſolo, ideo Liberi, Cereriſque certamen dicitur, nihil hoſpitalius mari: Hic illi nobiles Portus Caieta, Miſenus, & Tepentes fontibus Baiæ, Lucrinus, & Auernus, quædam Maris ocia, hic amitti vitibus Montes, Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherrimus omnium Veſuuius, Aetnei ignis Imitator. Hæc Florus. Hinc Caſſiodor. ſub Attalarici Regis nomine lib. Variat. 8. cap. 33. de quodam San-
35 cti Cipriani conuentu apud Lucanos † ſcribens dicit: Eſt enim conuentus iſte, & nimia celebritate feſtiuus, & circumiectis Prouincijs valdè proficuus, quicquid enim præcipuum, aut induſtrioſa mittit Campania, aut opulenti Brutij, aut Calabri peculioſi, aut Appuli Idonei, vel ipſa poteſt habere Prouincia, in ornatum pulcherrimæ illius venalitatis exponitur, vt meritò tam ingentem copiam, iudices de multis regionibus congregatam. Videas enim illic, collucere pulcherrimis ſtationibus, latiſsimos campos, & de amœnis frondibus intextas ſubito momentaneas domos populorum cantantium, lætantiumq́; diſcurſum. Hæc ille. Et idem Caſſiodorus lib. 9. cap. 6. dum Athalaricus ſcribit Primiſcrinio, qui ob ſanandam infirmitatem ad Baianos ſinus, ac Balnea ire prædixerat. Inquit, Naturalis ſiquidem cura eſt, ægris dare lætitiam, nam fac inualidum gaudere, ſanatus eſt. Perge igitur ad amœnos receſſus, perge ad Solem, vt ità dixerim, clariorem, vbi ſalubritate aeris temperata, terris blandior eſt natura. Illic miraculis, alta cogitatione perpenſis, cum arcanis mundi, mens humana colloquitur, Nec admirari deſinit, quæ ibi agi poſſe cognoſcit. Primum Nerei fluenta marinis delitijs eſſe completa, tot Portus naturæ prudentia ſinibus intermiſſos, tot inſulas Nobiles, amplexu Pelagi dotatas, deinde immiſſum Auerno ſtagneum Mare, vbi ad voluptatem hominum vita tegitur Oſtreorum, induſtriaq́ue mortalium fieri, vt res alibi fortuita, ibi ſemper appareat copioſa. Quãtis ibi Molibus marini termini decẽter inuaſi ſunt? Quãtis ſpacijs in viſceribus æquoris, terra promota eſt? Dextra, lęuaq́ue greges piſciũ ludunt. Claudantur alibi induſtrioſis parietibus, copioſæ delitiæ, captiui teneãtur aquatiles greges. Hic vbiq; ſub libertate viuaria ſunt. Adde q tã amę na eſt ſuſcepta piſcatio, vt antè Epuloſum cõuiuium, intuentium paſcat aſpectum. Magnũ eſt enim gaudium deſiderata cœpiſſe, ſed in his rebus, gratior eſt plerunq; amenitas ocu-

li,

li, quàm vtilitas Captionis. Sed ne longius eua
gemur, inter Neptunnias Gazas habitare cre-
ditur, cui ocia Baiana præſtantur. Hæc ibi Caſ-
36 ſiodorus. Et de ſinu † Scyllaceo apud Brutios
idem Caſsiodorus. lib. 12. cap. 15. multa pro-
fert, & tandem in fin. dicit, alij dicunt inſulas
ego habitationes tuas Appellarem potius for
tunatas, ſic etiam idē Caſsiodor. de Laudibus
Iſtriæ multa dicit. lib. 12. cap. 22. de Italiæ etiā
laudibus, multa ſcribens Ioannes Boemus Au-
37 banus de † moribus gentium. lib. 3. cap. 19. in-
quit, eſt Italia metallis grauida, vbiq; vitalis,
& perennis ſalubritas, eximia cœli temperies,
campi fertiles, Aprici colles, innoxij ſaltus,
opaca ne mora, munifica ſiluarum genera, mi-
ra frugum, vitium, & olearum fertilitas, nobi-
lia pecori vellera, opima Tauris colla, perſpi-
cui, & piſcoſi Lacus, flumina, fonteſq; ſaluber
rimi, ipſa auidè ad mortales iuuandos, in ma-
ria procurrens, & veluti gremium, omnium gē
tium cōmercio pandens, vt verè dicta ſit à qui-
buſdam, terrarum omnium alumna, atq; eadē
parens, cæleſtium prouidentia electa, quæ ſpar
ſa cōgregaret imperia, molliretq; efferatarum
gērium ritus, diſcordes ad colloquia linguas,
munere literarum, latinoq; ſermone congrega
ret. Hæc Boemus. De his nouiſsimè Iacobus
Vuimphelingus rerum Germanic. c. 71. Ægyptus (inquit) Sicilia, Italia, Hiſpania, ſicut re-
ceptiſſimi authores prodiderunt, ſunt quidem
Regiones vberrimæ. fertiliſſimæq;. Hinc Pan-
dolphus Collenucius Hiſtor. Neapolit. lib. 3.
in princ. Quamobrem (inquit) qui rectè intue-
tur, res, quæ temporibus his acciderunt. con-
fiteri cogetur, Regnum Neapolitanum eſſe am
38 bitioſorum, auarorum, † Tyrranorumq; pale-
ſtram, rapinis, bellorumq; calamitatibus expo-
ſitum, ob ſuam nimiam fertilitatem, aliaſq; in-
numeras eius dotes, ſicuti in cæteris bonis af-
ſolet, à multis deſideratum. Hæc Collenucius.
39 De qua antea Virgilius † lib. 2. Georgicorum
dixerat:

Sed neq; Medorum Syluæ, ditiſſima terra,
Nec Pulcher Ganges, atque Auro turbidus
Hermus,
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, nec Indi,
Totaq; turiferas Panchaia pinguis arenis,
Hæc loca, non Tauri ſpirantes naribus ignem
Inuertere ſatis immanis dentibus hydri,
Nec galeis, denſiſq; virum ſeges horruit haſtis
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maſſicus humor,
Impleuere. Tenent Oleaq;, armentaq; læta.
Hinc bellator equus, campo ſeſe arduus infert,
Hinc albi Clitumne, greges, & maxima Taurus
Victima, ſæpe tuo perfuſi lumine ſacro,
Romanos ad templa Deum duxere triumpho.
Hic ver aſſiduum, atq; alienis menſibus æſtas,
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.

Dum itaq; Italiæ laudes proferunt, & ipſa, &
Sicilia, & eius partes aliæ, laudari dicuntur. Si-
40 ciliæ verò commoditatem, † atq; fertilitatem,
narrare ſuperfluum eſt, tanta enim vbertas eius
narratur, vt in Fabellam trafierit, Cererē Deam
ibi ſpicas primum inueniſſe, cum in illa pateat
centuplum aliquibus in locis frumenta pro-
ducere, ſic pingues terrarum glebæ ſe habeāt,
eſt etiam viniferax, olei, mellis, ſacchari, gem-
marum, ſalis, aquarum, fontium, montium, paſ-
cuorum, aliarum etiam frugum, ac bonorum.
Latiſsimè ſcribit Diodorus Siculus lib. 6. Plin.
lib. 25. c. 15. & lib 14. c. 9. & alibi pluries. Stra-
bo. lib. 6. Aelian. lib 12. Pauſanias lib. 6. Athe-
neus. Dipnoſoph. lib. 1. Macrobius lib Saturnali 5. cap. 15. Tho. Facell. Rerum Sicul. lib. 1.
cap. 4. de qua Sicilia inquit Strozza pater:

Aruaq; frugiferæ pinguia Sicaniæ.

Vnde Italia fertilis Auro, Argento, armentis,
fritibus, piſcibus, arboribus, oleribus, paſcuis,
floribus, fluminibus, lacubus, fontibus, riuis,
omnibusq; quæ ad cultum, victumq; humani
generis, vtile eſt. Hinc Virgilius lib. 2. Geor-
giorum.

Hæc eadem Argenti Riuos, æriſq; metalla
Oſtendit venis, atq; auro plurima fluxit.

41 Et de Galleſo † Italiæ fluuio Statius lib. 2. Syl-
uarum meminit, dum ait:

Et Lacedemonij pecuaria culta Galeſi.

42 Et de Apibus Hyblæ Montis † Siciliæ, ſcribit
Ouidius dum ait:

Quot Lepores in Atho, quot Apes paſcuntur in
Hybla.

Et Martialis. lib. 7.

Paſcat, & Hybla meas, paſcat Himettus apes.

De Croco iam notum abundare, tum Neapoli-
tanum Regnum, præſertim magnam Græciam
43 † Marruccinos, Marſos, & Aprutinos, tum, &
multo plus Siculos. Vnde Statius lib. 2. Sylua.

Et tenues Arabum reſpirant germina ſyluæ.
Sicanijsq; Crocis.

44 In agro Sabino † naſci Canabem, arborum ſimi
litudinem æquantem. Scribit Plin. lib. 19. c. 9.
& in pluribus alijs Regni Neapolitani locis,
Capuæ, Auerſiæ, totamque ferè Campaniam.
Abundat Regnum lino, maxima, quantitate, &
excellenti qualitate. Caſeo etiam optimi ſapo-
ris, & odoris, ità vt non inuideamus Caſeo
Parmenſi, vel Lunæ, de quo Martialis:

Caſeus Hetruſcæ ſignatus imagine Lunæ
Præſtabit pueris prandia mille tuis.

45 Abundat frumentis † præſertim Apulia, de
qua is, & qui ipſe Appulus erat Horatius lib. 3.
Carminum inquit:

Quam ſi quicquid arat impiger
Appulus, occultare meis dicerer Horreis.

Hinc de vbertate frugum Italię Virgilius lib. 2.
Georgicor. inquit:

Salue magna parens frugum, Saturnia Tellus.

Sed omittamus hāc temporis perditionem in
deſcribendis rebus, quibus abūdat Italia, quia
magna in hoc, opus eſſet Hiſtoria. Hoc vnum

namq;

namq; mihi ſufficere videtur,apud Deum Optimum Maximum,adeo gratam fuiſſe Italiam, quòd à Noè iliam fecerit viſitari,, qui Typum Chriſti gerebat,& figura Arcæ Eccleſia militãs erant, ibi per Chriſtum formanda. vt dixi in Apologia Catholica contra ſententiam Pilati Aquilæ repertã.In eadem erat poſitus Iaphet, cui fuit à patre data benedictio, vt dilataret Deus Iaphet,& habitaret in Tabernaculis Sem. Geneſ. cap.9. Vnde à Principio conſtitutum eſt,vt ſuum Imperium latius fieret. Hinc, vt ſupra dictum eſt, Regi Catholico conceſſum eſt,vt eius Dominij dilatatio fieret ad extremas inſulas, vt diximus ſupra.cap.43.

In Italia ſtabilitum eſt ſpirituale,ac terrenũ
46 Imperium eſt enim ibidem † Conſtituta Sancta Dei Eccleſia,Summus CHRISTI Vicarius, ac Petri ſucceſſor,poteſtas cuius, iudicij diem expectabit. Sic & ſeculare Imperium, vt Imperator Romanus appelletur, qui ab eodem Romano Pontifice probandus eſt,quàmquam ab electoribus fuerit is electus; quæ iura horum duorum Principum Italia, vltra omnes nationes retinet potiora. Magna igitur videtur Catholici Regis prerogatiua,qui optimam Italiæ partem poſſidet.

Hiſpaniæ Regna,inſulæq; eis adiacẽtes, eadem prærogatiua potiuntur,& antiquitatis,& commoditatis. Antiquitas patet ex multis,ſed præſertim ex Machabeor. lib.1. cap.8. & per Apoſtolum ad Romanos.cap.15. quo ex loco
47 patet Paulum † iuiſſe in Hiſpaniam Prædicaturus. vt poſt Dionyſ. & Nicol.de Lyra voluit Alphonſus Aluarez in Specul.roman.Pontific. cap.66.Habitata autem primum extitit Hiſpa-
48 nia à Thubal † Iaperi filio, quem Beroſus Iubal vocauit.qui lib.5.ità dicit. Anno eius duodecimo,Iubal condidit Celtiberos,& poſt pauca inquit Samothes, qui, & Dis Celtas Colonias fundauit. Quod, & antea idem Beroſus dixerat lib.3. Samothes (inquit) poſſedit Celtas, & Iubal occupauit, Celtiberos. Ex quo apparet Hiſpaniam habitatam antequam Gallia habitaretur.ex quo idem Beroſus ait,Id ipſum agit Iubal apud Celtiberos,& Samothes apud Celtas.Inde Ioſephus Antiquitat.Iudaicar.lib. 1. cap.6. dicit filijs Iaphet in Europa, vſque ad Gades contingiſſe.& demum paulò poſt inquit,quin,& Thobelus (quem nos Thubal dicimus)Tobelis ſedem dedit,qui nunc ſunt Iberi. Quin immo inquit Beroſus.Anno Nini Decimo Ianus (ideſt Noha) pater ex Aphrica in
49 Celtiberos † Hiſpalos venit, vbi duas Colonias dimiſit à ſe dictas Noelas,& Noeglas,his enim, & antea cognominibus, cognominauerat vxores Iapeti, & Chemeſenui.de his etiam ſuo tempore meminit Plinius lib.4 cap.20.dũ ait, Regio Aſturum Noega oppidum in Peninſula Peſici. & paulo poſt. Oppidum Noela.Inſuper ex Thubalis nomine Setubal Ciuitas eſt in Luſitania, quæ etiam nũm vireſcit, & hanc potius crederem ab eo appellatam, quàm Dubal, niſi dixerim mutata T. in D. ità appellari ſolitam, vt dicit Io. Lucidus de tempor.lib.6.
50 cap.1.vbi allegat † Pomponium Melam in deſcriptione Bæticæ, cuius contextum cum viderim fateor inuenire non potuiſſe,quia idem Mela.lib.2.c.4. deſcribens Hiſpaniam, meminit de Corduba, Aſtagi, & Hiſpali. Sed dum hæc exemplo traderentur, & veniſſent ad manus meas ſcripta Hiſtoriarum Hiſpanicarum emanata à Ioanne Mariana, & ſtuduiſſem illũ in nonnullis oportunis locis reportare, is lib. 1.cap.7. commentitia dicit eſſe, ac ſimulata, & fabuloſa, & ſimulatum eſſe Beroſum,vbi ipſe ſubſequitur,narrans quædam magis fabuloſa de Geryonibus,& Herculibus,omnia ex poetarum ſcriptis extracta, quæ non concernunt Hiſtoriarum lucem, ac veritatem, commenti-
51 tia habens omnino Berofi † ſcripta, cuius tũ Berofi meminit Plin. lib.7. ca.37. vbi dicit,eidem ab Athenienſibus in Gymnaſio ob Aſtrologiæ peritiam,& futuratum rerum prædictiones poſitã Auream Statuam linguam habentẽ.
52 Quem magnifacit Ioſephus † Antiquit. Iudaicar. lib.1. cap.3. dum hæc inquit.Namq; & Manetho Aegyptiarum rerum ſcriptor, & Beroſus Caldaicarũ,& ad hæc Mochus,Hæſtiæus, Hieronymus Aegyptius,qui Phœnicũ res proſequuti ſunt, nobiſcum conſonant, & iterum lib.1. Contra Apionem. Nunc itaq; (inquit) ſunt dicenda ea, quæ apud Chaldæos noſcuntur eſſe conſcripta,& de nobis in Hiſtoria ſunt relata, quæ multam habent concordiam cum noſtris voluminibus,etiam de alijs rebus. Teſtis autem horum eſt Beroſus,vir, genere quidem Chaldæus, notus autem eis, qui doctrinæ, eruditioniq; congaudent, quoniam de Aſtronomia,& Chaldæorum Philoſophia, ipſe Græcas conſcriptiones addidit. Igitur Beroſus,Antiquiſſimas ſequutus Hiſtorias, de facto Diluuio,& hominum in eo corruptione,ſicut Moyſes, ità conſcripſit; ſimul de Arca, in qua generis noſtri Princeps ſeruatus eſt,deuecta ſcilicet ea in ſummitate montiũ Armeniorum,deinde ſcribens eos,qui ex Noe progeniti ſunt, & tempus eorum adijcians,vſq; ad Nabulaſſarum peruenit,Babyloniorũ,& Chaldæorum Regem. Hæc Ioſephus. Eundem Beroſum
53 † ſequendum eſſe, inquit Hierony. in Eſaiam. capit.37. & in Danielem. capit. quinto. Errabo, & ego cum alijs hærens opinioni Ioſephi, Hieronymi, & aliorum, cum tot annorum Hiſtoriam ab antiquiſſimo viro conſcriptam damnare, non auſim, cum ſi aliud non agerem ſupra modum comprobarem.Quoad præfata tamen congruunt,quæ ſcripſere Rodericus Archiepiſcop. Toletan. Hiſpanic. Hiſtor.lib.1. c. 3. Alphonſus de Carthagena in Anacephaleoſi Reg. Hiſpanorum.cap.3. Epiſcopus Gerun-

denſis

denſis in Paralipom. Hiſpan. lib. 1. cap. 9. Lucius Marineus Rer. Hiſpanic. lib. 6. cap. 1. & Benedictus Pererius in Geneſ. lib. 15. verſ. 2. Sub nu. 16. Dicta autē fuit Hiſpania Iberia ab Ibero Thubalis filio, aut Ibero flumine, vel ab Iberia Ciuitate olim ad Iberi fluminis oſtia ſita. Heſperia etiam ab Heſperio Hiſpani Regis filio, Heſperus enim, & Italiæ etiam Heſperiæ nomen dedit, vel Hiſpania ab Hiſpalo Rege † Celtiberos autē à Celtis, & Hiberis dictos putant, vt ſit inde factum nomen ab vtroq; compoſitū, de quo Diodor. Sicul. lib. 6. Antiquit. inquit, Iberi quiddam, Celtæq; pro agris bello certantes, pace demum conſtituta, communicataq; inuicem patria, mutua connubia permiſiſſent, dicuntur hac rerum cōmunione, id nomen ſortiri; Duæ igitur robuſtæ nationes, in patria fertili coniunctæ, effecere, vt magnum eſſet Celtiberorum nomen. quem ſequitur Epiſcopus Gerundenſ. in Paralipom. Hiſpan. lib. 1. cap. 10. & 13. Et ſi Celtæ Galli ſint, vt ſuis locis oſtēdunt Geographi. Tamen, quæ dicta ſunt de compoſitione nominis Celtiberorū ex Celtis, & Iberis, non arbitror fuiſſe Celtas Gallos, ſed ex populis Hiſpaniæ in Luſitania, † de quibus Ptolom. lib. 2. cap. 5. & Strab. lib. 3. qui ait: Inter Anam, & Tagum fluuios Hiſpaniæ, Celtæ maiori ex parte incolunt, & Luſitanorum pleriq;, quos ex vlteriori Tagi Regione in Coloniam Romani traduxere quod mihi magis arridet, nam Hiſpalenſem conuentum, & eius regiones deſcribens Plin. lib. 2. cap. 1. Celticam inter cæteras ipſorū Ciuitates, & oppida enumerat. Tantoq; plus, quia idem Strabo lib. 3. paulo inferius, quàm ſupra annotauimus dicit: Neq; Celtis, qui nunc appellantur Celtiberi. probatur, etiam hoc ex Herodoto. lib. 2. dum inquit, Celtæ autem ſunt extra Cippos Herculis, Cyneſij finitimi, omnium in Europa ad occaſum habitantium, vltimi. prout Celtici populi apud Anam fluuium ſituantur, propè Promō torium † Sacrum, quod nunc dicitur, Caput Sancti Vincentij, occidētem verſus, inter Anā, & Calaſpem fluuios. & Iterum idem Herod. lib. 4. de Celtis dicit, qui omnium in Europa ad ſolis occaſum vltimi ſunt. Celtiberi vero ſiti ſunt ſub Idubedæ Montibus, in quibus ſunt Ciuitates plurimæ, quarum omnium antiqua Numantia, de his Celtiberis dico infra cap. 68. Sūt etiam in Hiſpania Galleci, à Gomero † Gallo dicti, filio Iaphet, qui Italiam tenuit, vt Beroſus lib. 4. ſcribit ibi, Italiā tenuit Gomerus Gallus. & idem Beroſus lib. 5. circa principium ait: Anno huius decimo, Gomerus Gallus poſuit Colonias ſuas in Regno, quod poſt, Italia dicta eſt. Vnde non credat quis Gallos ab iſto Originem primam traxiſſe, † vel propriam, quia cum dicat Beroſus fuiſſe in Italia, intelligendū eſt de Gallis Ciſalpinis, vſq; ad Rubiconē amnem antiquum Italiæ terminum, Hos Inſubres nunc Ducatus Mediolanenſis appellamus, ab his autem oriri potuerunt, & dici Galli etiam vltra Alpes. Et in hoc decepti videntur, qui crediderunt eos eſſe Gallos vltra Alpes, cum notum ſit ex iam dictis apud eos Samothem conſediſſe. Et dum dicunt, eoſdem Gallos tranſalpes fuiſſe, qui Macedoniæ, atq; Græciæ multas clades dedere. Quàmquam hoc negare non aſim, non tamen fatear apud me id dubium, atq; ambiguum non eſſe. Quando de ijs † Pauſanias lib. 1. In Attiacis meminit, dum dicit, eos ad Vaſtum Mare in Extremis Europæ oris accolere. Ex qua authoritate dici poſſet intelligenda Pauſanię verba de Gallecis Hiſpaniæ loqui. Sed paulo inferius idem Pauſanias. Horum fines (inquit) amnis Eridanus perlabitur, cuius in Ripis Phætontis caſum, ſolis filiæ, illius ſorores, collachrimari creduntur, verum, vt Galli † appellarentur, non niſi ſero vſus obtinuit. Hæc Pauſanias. Ex hac nouiſſima authoritate, videtur apertè inferri, quòd loquatur de Gallis Ciſalpinis Italiæ populis, apud quos eſt flumen Eridanus, quod Padū appellamus. Hoc facilius coniectari verè poteſt, quia ipſorum Dux Euridanus nominaretur, quaſi ab eorum flumine ſic dictus, de eo meminit Iuſtin. lib. 24. itaq; in vtramq; partem multa afferri poſſent. Sed & illud notatu dignum eſt, quòd cum Duce Brenno † Belga, Galli Capitolium ex improuiſo, & quaſi tranſeuntis, non permanentis ſtatus, obſediſſent, ac Romæ grauia damna feciſſent, à Camillo, qui de eis † triumphauit, fuere pœnitus, quaſi deleti, ac proſequuti, tantumq; abeſt, vt cum ſe ad Græcos, ac Macedonas contuliſſent, ex omni gente exercitus redactus etiam ex Italia, in qua reperiebatur, & ab eiſdem Græcis, fuerit eiſdem Gallorum nomen inditum, ob vultus candorem, quod Græci Gallum dicunt, quia, γαλα. † album ſignificat, quaſi lactis colore albos homines vidiſſent, Galos nominauerint, qui poſt multiplicata litera, Galli fuerint dicti, vt verificaretur, quod ſupra ex Pauſania retulimus, ſero ipſos Gallos appellatos, quaſi ſecundum eorum linguam Candidos. Et huc pertinet, quod ex Varrone ſcribit Hieronym. in 2. ad Galatas in Epiſtola ad Paulam, & Euſtochium, quòd Galli antiquitus à Corporis candore, Galathæ † nuncupabantur. Inde Galactites, ſiue Galaxias, lapidis Gemmæ ſpecies, lactei coloris inter currentibus † lineis ſanguineis, ſeu venis, de qua Plin. lib. 37. cap. 10. Cumq; vt dictum eſt, Græciam per rexiſſent: Apollinisq; Delphici Templum ſpoliaſſent, cum à Delphorum † militibus, tum etiam ab inſequutis, ob patratum facinus tempeſtatibus pluuijs, Grandinibus, Tonitruis, Fulguribuſq; ſunt pęnitus obtriti, atq; deleti, Brennuſq; Dux vulnerum receptorum impatiens, proprio ſe pugione confodiens, vitā, animamq; † exalauit. Gallos inſuper nominat

nat Italos Cicero Philippi. c. 3. dum ait, nec vero de virtute, constantia, Grauitate Prouinciæ
68 Galliæ † tacere potest; est enim ille flos Italiæ: Illud firmamentum Imperij Populi, Romani, Illud ornamentum dignitatis. Hæc Cicero. Hæc affirmantur etiam à scriptoribus, qui veritati studere solent, nec maculare eorum scripta mendacijs didicere qualis est inter alios, & ipse Gallus Stephanus Forcatulus lib. 1. de Gallorum Imperio de Gomero Gallo sic inquit.
69 Quid non faceret vir † fortis, & Clemens prorsus dignus, qui vel Gallis nomen inderet, vel acciperet, non Cisalpinis tantum, sed etiam Transalpinis, & Italicis: hoc itaq; fatetur Gomerum, & Italos, & Cisalpinos coluisse, quod credo ex iam dictis aduerteret, ob legendi diligentiam, idq; negare non poterat. Sed probare quòd is Gomerus trans Alpes etiam fuerit, hoc opus, hic labor est. Quia inuicta est sententia Iosephi contra ipsos Antiquit. Iudaic. lib.
70 1. cap. 6. dum ait Gomarenses apud † Græcos, à Gomar dictos, esse illos, qui Galatæ appellantur. Quo aliud Lucidius dici non potest. Ga-
71 latæ autem sunt Græciæ † Populi, ad quos Epistolam scripsit Paulus Apostolus. & testatur Hierony. in Epistola supra allegata ad Paulam, & Eustochium. dum ait, Gallo Græciam, ab ijs Gallis dici, quos supra diximus. Huius etiam meminit Plin. lib. 5. cap. 32. dicíq; à Flumine
72 Gallo, eam Regionem † percurrente. & idem Plin. lib. 1. cap. 1. ac Strabo. lib. 12. & habetur. lib. 1. Machabe. cap. 8. & lib. 2. Machab. cap. 8. Lucæ cap. 16. Actuum. & 1. Corinth. cap. 16. & 2. Timoth. cap. 4. & 1. Petri. cap. 1. Vel potuissent potius nominari à Gomero Gallo Galatę, qui Insulam huius nominis incolunt ad Italiæ obiectum propè Melitam insulam, cuius memi nit Plin. lib. 3. cap. 8. in fin. & lib. 5. cap. 7. Ex ijs patet Gomerum Gallum in Italiam habitasse,
73 resedit autem † apud Vmbros propè Tyberim, vt est author M. Cato de Originibus in princ. Cumq; tunc vita essent longeni, ex eiusdē Gomeri filijs, potuisse Gallis, nomē tribuere, quis uetat? Cum certum sit ex Italia etiam commigrasse in Asiam Orientalem, dum cum Gange aliquos misit Ianus pater ad deducendas ibidem Colonias. vt Berosus lib. 4. testatur. & alij ex filijs eiusdem Gomeri transierunt ad Battrianos, ibiq; sedes sibi quęsierunt. vt dicit idē Berosus lib. 5. Vnde sicuti ex Italia dispersi sūt ad deducendas Colonias in Asiam, & in Battrianos, quis prohibuit, vt non idem fecerint, in Galatia, Gallecia, siue Galleco, & in Gallia trans Alpes? ibiq; ipsorum nomē reliquerint. Ex his satis liquet Hispaniarum Antiquitas.

Commoditas autem ex Hispaniarū Regnis
74 publica est, cuius Hispaniæ Iucunditatem † celebrat Strabo lib. 1. dum dicit, scit etiam Siculos, & Hispaniæ fœlicitatem. & lib. 3. dicit, Aeris salubritas, & suauis Zephiri spiritus, eius regionis peculiaris est. Vnde deinducit Homeri versiculos, quo Proteus dicit se Menelaum transmissurum.

Elysium in Campum, terrarumq; vltima tandem
Dij te transmittent, stat flauus vbi Rhadamantus
Exiliitq; viris, vbi vita facillima durans,
Non Hyemis vis multa, Niues, non ingruit imber,
Stridula, sed semper Zephirorum flamina mittit
Ingens Oceanus senimina grata virorum.

Vnde Iulius Solinus in Polyhystore. cap. 25. in-
75 quit, Terrarum Plaga comparanda † optimis, nulli posthabenda frugum copia, siue soli vbere, siue vinearum prouentus respicere, siue arborarios, velis omni materia affluit, quæcunq; aut precio ambitiosa est, aut vsu necessaria. Argentum, vel Aurum, si requiras, habet, ferrarijs nūquam deficit, nec cædit vitibus, vincit oleas:
76 Plin. lib. 3. cap. 3. Metallis (inquit) † Plumbi, Ferri, Aeris, Argenti, Auri, tota fermè Hispania Scortet Citerior, & specularibus Lapidibus, Bœtica, & Minio. Vnde postquam laudes Italiæ effudisset, de Hispania subiungens dicit idem Plin. lib. 37. cap. 13. Ab ea, exceptis Indiæ fabulosis, proximè quidem dixerim Hispaniam, quacunq; ambitur Mari. & Aurum, (ait) Argentum, & ferrum bonum, & probatum, nullibi in tanta copia, vt in Hispania est inuentū: vbi multa effudit. & Iustinus lib. 44. de eadem Histania, inquit: Hęc inter Aphricam, & Galliā posita, Octani freto, & Pyreneis mōtibus clauditur, sicut minor vtraq; terra, ita vtraq; fertilior; Nam, neq; vt Africa violento Sole torretur, neq; vt Gallia assiduis ventis fatigatur, sed media inter vtramq;, hinc tēperato calore, inde fœlicibus, & tempestiuis imbribus, in omnia frugum genera fœcunda est, adeovt, non ipsis tantum incolis, verum etiam Italiæ, vbiq; Romanæ, cunctarum rerum abundantia suppetat. Hinc enim non frumenti tantum copia magna est, verum etiam vini, mellis, oleique; Nec ferri solum materia præcipua est, sed & equorum pernices greges, nec summa tantum terræ Laudanda bona, verū abstrusorū metallorū fœlices diuitiæ. Iam lini, spartiq; vis ingens, minij certè nulla feracior terra. In hac cursus amnium non torrentes, rapidiq;, vt noceant, sed lenes, & vineis, campisq; irrigui, æstuarijsq; Oceani affatim piscosi. & paucis interiectis idem Iustinus subsequitur. Salubritas cœli per omnem Hispaniam, æqualisq; aeris spiritus, nulla paludum grauis nebula inficitur. Huc accedunt Marinæ, Aurę, vndiq; aduersus assidui flatus, quibus omnem Prouinciam penetrā tibus, euentilato terrestri spiritu, præcipua omnibus sanitas reditur. Hæc Iustinus. In Hispaniæ laudem plura scribit Episcop. Gerundens. in Paralipom. Hispan. lib. 1. c. 13. & 14. Lucius Marineus Histor. Hispanic. lib. 1. cap. 3. & pluries in tota Historia. de qua breuibus Martianus Capella Europæ (inquit) lumen Hispaniæ

contributum, fertili frugum, optimæq; Prouinciæ, metallorum, auriq; fœtura, meri, marmorum, gemmarumq; muneribus prædicanda.

Quoad antiquitates, & commoditates ſtatuum Burgundiæ, Flandriæ, Arteſiæ, Hollan-
78 diæ, Hannoniæ, † Brabantiæ, Friſiæ, ac aliorũ, repetenda erunt, quæ de is ſupra tradidimus cap. 46. in quibus abunde tractatum eſt; Sic de antiquitate nouarum inſularum, earumq; diuitijs, Auro Argento, Vnionibus, ac lapidibus prętioſis, ſatis ſupra, ac diffuſè dictum eſt, ideo repetendum forè minimè arbitror. Quo vero ad Inferioris Germaniæ, ſiue Belgiæ commo-
79 ditatem, † atq; fertilitatem, hoc vnum præ cęteris notatu dignum arbitror, quòd ab anno Domini 1568. vſq; modo, ſunt iam circiter anni triginta, quibus ſemper continuis bellorum turbinibus afflicta fuit, & tamen tam ampla, ac fertilis eſt ibidem frugum omnium, ac aliarũ rerum ad humanum vitæ vſum neceſſariarum, abundantia, vt apud Regiones nationum aliarum, ac exteras gentes miraculo quodam habeatur, vt nullius ibidem rei oportunæ copia deſideretur, cuius non commoditas ſtatim, affatimq; ſuppetat, & habeatur.

ARGVMENT. CAP. LXIX.

Expellit Rex Catholicus à ſuis Regnis, atque expellendi poteſtate fungitur, Iudæos, idq; optimis rationibus.

COMPENDIVM.

1 *Rex Catholicus à Regnis ſuis poteſtatem habet expellendi Iudæos.*

2 *Princeps an abſq; peccato expellere poſſit Iudæos? nu. 3. & pluribus ſeq. vſq; ad fin.*

3 *Ex Iudæorum converſatione poſſumus ipſos lucrari. num. 21. 22. 23.*

4 *Expellens Iudæos an faciat contra præcepta charitatis, & dilectionis. num. 24. 25.*

5 *Iudæi enumerantur inter oues Chriſti, creatione, Redemptione, & gubernatione. nu. 26.*

6 *Iudæos expellere, videtur fieri contra dictum Eſaiæ, & Pauli Apoſtoli. nu. 27.*

7 *Terra à Deo omnibus indifferenter eſt tradita. nume. 28. 29.*

8 *Chriſtiani prohibentur Iudæos offendere, & illorum bona invadere. nu. 30.*

9 *Iudæi expelli de iure an poſſint? vide.*

10 *Iudæi facti nobis ſerui per mortem Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

11 *Domini ſeruos vendunt, & expellunt.*

12 *Principes, tolerantes Iudæos faciunt ex tolerantia Chriſtiana.*

13 *Chriſtiani cum Iudæis non poſſunt, manducare, ac alia facere.*

14 *Filij Iudæorum, ne parentum erroribus inficiantur, ab illorum conſortio ſeparantur.*

15 *Deus præcepit filijs Iſrael, vt per ſequerẽtur, Amorrhæum, Hethæum, Pharezeum, Chananæum, Hevæum, & Iebuſæum, & illos occiderent.*

16 *Sara eiecit de domo ſua Agar ancillam, & Iſmaelem filium.*

17 *Deus expulit Iudæos.*

18 *Chriſtus expulſis Iudæis, vertit ſe ad gentes, & poſſeſſionem Crucis dedit Symoni Cyreneo.*

19 *Dauit rogauit à Deo expulſionem eorum, qui irritauerant Deum. ſic etiam Eſaias. nu. 20.*

21 *Cum Hæreticis conuerſari non permittitur.*

22 *Picem, qui tetigerit coinquinabitur ab ea.*

23 *Converſatio mala, bonorum virorum mores ſæpè corrumpit.*

24 *Charitas debet eſſe ordinata. num. 25.*

26 *Pontifex poteſtate fungitur ligandi, & ſoluendi.*

27 *Reliquiæ, quæ ſaluabuntur, quæ ſint?*

28 *Nulli homini diſtinctus locus vitæ, & mortis datus eſt in terra:*

29 *Patria omnium vna eſt terra.*

30 *Intellectus l. Nullus C. de Iudæis. & l. Chriſtianis. C. de Pagan.*

31 *C. Cornelius Hiſpalus Prætor Peregrinus Chaldeos vrbe, & Italia edicto ſuo abire iuſſit.*

32 *Apud Berytum Syriæ Vrbem Iudæus Crucifixi imaginem lanceâ vulnerauit, à quo ſanguis exiuit.*

33 *Sanguis, qui exiuit ex Crucifixo vulnerato à Iudæo in Ciuitate Beryti, Mantuæ miraculis clareſcit.*

34 *Philippus primus Galliæ Rex Iudæos Gallia expulit.*

35 *In Gallia recepti Iudæi ob pecuniarum inopiam, magno probro id factum eſt.*

36 *Iudæi è Berna expulſi fuere.*

37 *Iudæi ob ſcelera eorum Norembergæ, & Herbipoli periere gladio, ſeruatis Infantibus.*

38 *Rubeaquenſes, Iudæos omnes expellerunt.*

39 *In Baioaria ad Danubij Ripam in oppido Dekendorff Iudæi, acceperunt Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramẽtum, & vilipendijs affectum, in fornace poſitum, & illæſum extractũ, & Malleis percuſſerũt in Incude, & ſimiliter illæſum, & miraculis clarum, ob quod ipſi cremati, & dilaniati fuere.*

40 *In Germania ſub Imperio Vincęſlai Imperatoris, Iudæi apud Pragam Boemiæ vrbem plura ipſorum milia trucidata, quia puteos, fontes, & flumina Tixeo infecerant.*

41 *Iudæi in Ciuitate Tridenti, in die Paraſceuæ, Beatum Simonem puerum grauibus affecerunt ſupplicijs, & in flumen proiecerunt, quod facinus repertum, affecti ſupplicijs, & puer miraculis corruſcat.*

42 *Iudæi ob ſcandalum fidei pellendi ſunt.*

43 *Ferdinandus Rex Catholicus, & Emanuel Rex Portugalliæ ab eorum Regnis expellerunt circiter octingentos mille Iudæos.*

44 *Baiazethes Turcarum Imperator Iudæos à Ferdinando expulſos, & Emanuele receptauit, & dixit ipſum demiratam Regis Ferdinandi Regis prudentiam, cur illos expulerit, tantis ſe viribus priuando.*

CAP.

CAP. LXIX.

EXpellendi Iudæos à ſuis Regnis, præſertim
1 Hiſpanicis poteſtatem habet Rex† Catholicus, vt teſtatur ſo. Picus Mirandula in lib. aduerſus Aſtrolog. 5. cap. 12. Iacob. Simancas in praxi Hæreſeos. tit. 17. nu. 5. & in Catholicis Inſtitution. cap. 35. nu. 6. Didacus Perez. lib. 8. titul. 3. l. 40. Petr. de Aragon. de Iuſtit. & iur. ſiue. 2. 2. q. 10. artic. 8. Dominic. Bannes 2. 2. q. 10. artic. 10. Gundiſſaluus Illeſcas. Hiſt. par. 2. lib. 6. c. 20. §. 2, & nouiſſimè alios cõplures allegans Petr. Cenedo. collectan. iuris Canonici. 15. nu. 2. 3. par. 2. Thomas Triuiſan. in deciſ. Veneta ſub nu. 2. lib. 2. Sunt enim nobis infeſti cap. Cum ſit nimis de Iudæ. & inimici Crucis Chriſti Lancell. Gallia in conſ. 123. nu. 41.

Principi vero, an hoc permiſſum ſit, vt abſq; peccato e locis ſuæ Iuriſdictionis illos † expel
2 lat? Diuerſæ fuerunt opiniones, quarum diuerſitatem breuiter enarrabo. Tenuerunt nonnulli, expelli eos minimè poſſe, ex pluribus rationibus.

Primò, quia ex ipſorum conſortio, poſſumus eos Lucrari Deo omnipotenti, & ad Chriſtianam fidem reducere, quod effectum non habe-
3 ret ſi ipſi † expellerentur. arg. c. Infideles 23. quæſt. 4. vbi ex Auguſtino dicitur, nõ poſſe nos Chriſtianos, aliquos infideles Chriſto lucrari, ſi eorum colloquium vitamus, & conuiuium, ex quo Dominus IESVS cum publicanis, & peccatoribus conuerſatus eſt, vnde ijdem Hebræi CHRISTO ex probarunt, quare cum publicanis & peccatoribus conuerſaretur, vt patet Matth. cap. 9. Marci. cap. 2. & Luc. cap. 5.

Secundò, eoſdem expellere, dicitur eſſe cõ-
4 tra præcepta charitatis, ac dilectionis † ordinatæ de proximo diligendo tamquam ſe ipſo, tam in veteri, quàm in noua CHRISTI lege. Leuitici. cap. 19. Matth. cap. 22. Marci. cap. 12. Dilectio autem proximi, malum non operatur, vt dicit Paul. ad Roman. cap. 13. nam charitas nihil agit perperam. idem Apoſtol. 1. Corinth. cap. 13. Et qui rectam habet diligendi voluntatem, nihil iniquum agit. cap. Charitas. 2. diſtinct. Sed expellere Iudæos, eſt ipſos non diligere, & malum, ac perperã agere, rectamq; erga eos voluntatem non habere, ergo vti contra præceptum legis diuinæ factum, expellere Iudæos non licet.

Tertiò, quia, & Iudæi, & omnes infideles enu-
5 merantur inter oues Chriſti, Creatione, † Redemptione, & Gubernatione, quia dixit CHRISTVS Ioannis. cap. 10. Alias oues habeo, quæ non ſunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere. Hinc Papa poteſtatem habuit Io. cap. Vltimo. dum IESVS Petro inquit, Paſce oues meas. Non diſtinguens has, vel illas.

Quartò, quia ſi Iudæi expellerentur, deficeret in eis. Illud Eſaiæ cap. 10. & Paul. ad Ro-
6 man. cap. 9. dicentium, ſi fuerit numerus † filiorum Iſrael, ſicut Arenæ maris, reliquiæ ſaluæ erunt.

Quintò, quia, terra indiſtinctè data eſt omnibus indifferẽter, iuxta illud Dauid Pſal. 113.
7 Cęlum † Cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum; ſi ergo expellerentur, non haberent quo loci habitarent.

Sextò iſta opinio fulcitur authoritate Honorij, ac Theodoſij Imperatorum in l. Nullus. C. de Iudæis, & in l. Chriſtianis. C. de Pagan. & eor. ſacrif. in quibus prohibentur Chriſtia-
8 ni Iudæos offendere, ac† bona illorũ inuadere.

Septimò expelli non poſſe probatur Doctorum authoritate, qui cenſuerũt eos expelli mi-
9 nimè poſſe† per Principes aliquos, vt latè ex ijs, & alijs cenſuit Oldrad. in conſil. 87. & plenius in conſil. 264. Innocent. in c. Quod ſuper. vbi Imol. & Panor. de voto. Ioan. Andr. ad Specul. in Rub. de iud. Idem Ioan. Andr. & Ioan. de Anan. in c. Et ſi Iudæos. de Iudæ. Petr. de Anch. in c. Peccatum. num. 14. de regul. iur. in 6. Alex. in conſ. 99. vol. 6. Iacobin. de ſanct. Georg. in inueſtit. feudal. §. Dux. q. vltim. nu. 1. Cardin. Pariſ. in conſil. 2. per totum. vol. 4. Marquar. de Suſan. de Iudæis. par. 1. cap. 7. nu. 4. Petr. Gerard. in ſing. 59. Roland. à Valle in conſil. 25. vol. 3. Marc. Anton. Natta in conſil. 620. nu. 22. vol. 3. Iaſon in l. Apud Iulianum. §. Conſtat. nu. 29. ff. de leg. 1. Martin. Laud. de Princip. §. 9. Nouiſſimè alios plures allegans Petr. Cenedo collectan. iuris Canonici. 15. nu. 2. par. 2. Io. Baptiſta Ferrett. in conſ. 37. & in conſ. 381. per totũ.

Contraria ſententia, mihi probabilior videtur, ac pro fide Catholica, tutior. Primò, quia
1 per mortem Domini noſtri Ieſu Chriſti Iudæi
10 facti ſunt nobis ſerui. vt † in d. c. Et ſi Iudæos. & c. Conſuluit de Iudæ. Sed Domini poſſunt ſeruos ſuos, nõ ſolum expellere, ſed, & vendere, quod† plus eſt l. 1. l. 2. C. ſi ſeru. expor. vend.
11 & voluit Archidiac. in cap. Qui ſincera. 45. diſtin. Ergo expulſio tanto facilius locũ habet.

Secundò quatenus à Chriſtianis aliquibus
2 Principibus Iudæi tollerantur in eorũ Regnis, aut iuriſdictionibus, iſta tolerantia eſt ex pieta-
12 te, & gratia† Chriſtiana. vt in dicto c. Et ſi Iudæos. & voluit Iacobin. de ſanct. Georg. in d. §. Dux. q. vltima. in fin. Vnde non debet ad neceſſitatem induci, vt cogatur quis eos tolerare in ſuis Dominijs, ac Regnis. l. Non quicquid. in princip. ff. de iudic.

Tertiò, cum Iudæis non poſſumus† manducare, & comedere. vt in cap. Omnes 28. q. 1. Omnes deinceps clerici, ſiue laici Iudæorum conuiuia vitent, nec eos ad conuiuium quiſquàm
13 accipiat. Si igitur, nec manducatio cum eis licita eſt, quanto minus habitatio. vt ibidem. in c. Nullus. prohibemur recipere eorum Azima, cum eis habitare, eos in infirmitatibus vocare, aut medicinas ab eis recipere, nec in balneis

cum

cum eis lauari. Quod & voluit Gloſs. in c. Ad menſam 11. q. 3. vbi dicit nõ poſſe cum Iudæis, Chriſtianos comedere, nec etiam hodie hoc permitti etiam cum infidelibus.

Quartò, filia, vel filiæ Iudæorum, ne parẽtum vltra inuoluantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparantur, & deputandi ſunt, aut monaſterijs, aut Chriſtianis mulieribus, aut viris Deũ timentibus; vt † ſub eorum conuerſatione, cultum fidei diſcãt, atque in melius inſtituti, tam in moribus, quàm in fide, proficiant. vt in quarto Toletano Concilio ſtatutum fuit, de quo in c. Iudæorũ 28. q. 1. Si igitur cohabitatio etiam filijs eſt interdicta cum patribus, ac matribus, quantò plus debet eſſe fugienda, & interdicenda cum noſtris.

Quintò ipſi Iudei expellendi ſunt, cum DEVS præceperit Moyſi, ac filijs Iſrael, vt perſequerentur Amorrhæum, Hetheum, Pherezeum, Chananæum, Heuæum, & Iebuſæum, illoſq; occiderent, & ad internicionem † deducerent, & cum illis non habitarent. vt patet Exodi c. 23. Tradam (inquit) in manibus veſtris habitatores terræ, & eijciam eos de conſpectu veſtro. Non inibis cum eis fœdus, nec cum Dijs eorum. Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciãt in me, ſi ſeruieris Dijs eorum, quod tibi certè erit ſcandalum. Simile habetur Exodi c. 34. Obſerua, cuncta, quæ hodie mandaui tibi. Ego ipſe eijciam ante faciẽ tuam Amorrhæum, Chananæum, & Hetheum, Pherezeum quoque, Heuæum, & Iebuſæum. Caue ne vnquàm cum habitatoribus terræ illius iũgas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam. Et Deuteronom. cap. 7. inquit: Non inibis cum eis fœdus, nec miſereberis eorum, neque ſociabis cum eis coniugia. Ex quibus demonſtratur prohibitam eſſe cum eis habitationem.

Sextò, Sara eiecit de Domo † ſua Iſmaelem, & Agar ancillam eius matrem, quod cum Abrahæ diſplicuiſſet, dixit tamen illi Deus. Non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua, omnia, quæ tibi dixerit Sara exaudi vocem eius. vt patet Geneſ. cap. 21.

Septimò, quos expellit Deus, & nos expellere debemus: vt dicitur Leuitic. c. 20. Nolite (inquit) ambulare in legitimis nationũ, quas ego expulſurus ſum † ante vos. Sic Chriſtus Hebræos expulit, dum Lucæ c. 23. dixit: Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed flete ſuper vos, & filios veſtros. Hinc lamentatur Ieremias Thren. c. 5. Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, & domus noſtræ ad extraneos. & Oſeę. cap. 9. Omnes nequitiæ eorum Galgal, quia ibi exoſos habui eos, propter malitiam adinuentionum eorum, de domo mea eijciam eos. Et hinc expulſis Iudæis, ſe vertit ad gentes, & poſſeſſionem dedit † Crucis Simoni Cyreneo. Vnde Iudæi incedunt toto orbe huc, atq; illuc peregrini. vt inquit Hierony. in Amos. cap. 8.

Octauò, & vltimò, ſi expulſio Hebræorum peccatũ eſſet, ad quid Dauid rogat expulſionem? dum Pſalm. 5. dicit: Decidant à cogitationibus ſuis ſecundum multitudinem impietatum expelle eos, quoniam † irritauerunt te Domine. & Dauid iterum dicit, quòd expelluntur operantes iniquitatem. Pſalm. 35. Et enarrans Dei potentiam, qua in præteritum vſus erat, inquit Pſalm. 43. Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos: afflixiſti populos, & expuliſti eos. Sic ad Sobnam Templi Præpoſitum inquit Iſaias. cap. 22. Et expellam te de ſtatione † tua, & de miniſterio tuo deponam te. & Ioel. cap. 2. dicitur: Et expellam eum in terram in viam, & deſertam.

Ad oppoſita autem, ita poſſet reſponderi. Ad primum, ſi conuerſatio Iudæorum permitteretur, ex quo poſſemus eos ad fidem conuertere, eſſet etiam licita conuerſatio cum Hæreticis, quia militaret eadem ratio: quod † non admitto per quæ ſcripſi ad Bellug. in Specul. Princip. Rub. 11. in princ. in verb. Cum aliquibus reprobis. in fin. quem locum meum nouiſſimè refert. Petr. Cenedo Collectan. iuris Canonici 15. nu. 1. in fi. p. 2. Secundò reſpondetur, quòd quemadmodum ex illorum conuerſatione poſſemus eos lucrari: eodem modo, & ipſi ex noſtris poſſent ad Iudaiſmum trahere. quia, vt dicitur Eccleſiaſtic. cap. 13. Qui tetigerit picem † coinquinabitur ab ea, & qui communicauerit ſuperbo induet ſuperbiã. Hinc Salomon Prouerb. cap. 13. dicit, cum peruerſo peruerteris. Nam vt inquit Paulus 1. Corinth. c. 5. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Et Seneca. ad Lucill. Epiſtol. 82. Salutare eſt non conuerſari diſſimilibus. Mala enim conuerſatio bonorum hominum † mores ſæpe corrumpit. c. Sæpe 28. q. 1. Quinimmo nec etiam cum Parentibus, aut propinquis conuerſari debemus, ſi per ipſos fidem Chriſti perdere timemus. cap. Si infidelis 28. q. 2. Nam, vt dicit Ouidius lib. 2 de Remedio Amoris:

Dum ſpectant oculi læſos, lædunturq; & ipſi,
Multaq; corporibus tranſitione nocent.

Hinc Plutarchus de liber. Educandis inquit: Si claudo vicinus ambulaueris, & ipſe claudus ambulare diſces. Quia, vt ait Auguſtin. de confeſſ. lib. 2. Societas mala eſt res contagioſa. Nec obſtat, q̃ Chriſtus cũ publicanis, & peccatoribus conuerſaretur; quia hæc fuit exprobatio ei facta à Iudæis, cui reſpõſio facta ſufficit. q̃ non eſt opus benè valentibus medicus, ſed malè habentibus; Chriſtus etenim ſecurus erat q̃ peccatores illos ex ſua conuerſatione facilius lucraretur, in quo cũ eſſet omnium ſupremarum virtutum implementum, cum alijs, etiam reis conuerſando, illorum labe infici non poterat, cum eſſet ipſe totius ſalutis author.

Ad ſecundũ, de proximi dilectione non obſtat, quia charitas dilectionis debet eſſe ordi-

24 nata, cum prius debeat obuiari periculo† Chri
ſtianorum, qui poſſent ab ipſis infici, quàm q̃
ipſi ad fidem reducantur; quia prius oportet
diligere ſe ipſos, & inde incipit dilectio, poſt
Deum, vt diligat proximum, ſicut ſe ipſum;
poſt enim Dei dilectionem ſeipſum diligit, &
proximum ſicut ipſum. Vnde Auguſtin. in Pſal.
118. Vt ſciamus (inquit) diligere Deum, ſcien-
dus eſt Deus, & vt ſciat homo diligere proxi-
mum, ſicut ſe ipſum, prius diligendo Deum, de
25 bet diligere† ſe ipſum. Quod vnde poterit ſci-
re ſi neſcit Deũ, ſi neſcit ſe ipſum? Hæc Auguſt.
& latè Bernard. in tract. de diligendo Deo. quia
illud Terentij vulgatum eſt. Proximus ſum ego
met ipſi mihi.

Ad tertium autem non obſtat, quia & ſi Chri
ſtus dixiſſet ipſum alias oues habere ducẽdas
ad ſuum ouile, non idcirco dixit, illas expelli
non poſſe. Quia iſta intelligũtur de nobis gen-
tilibus, quos reducere debebat ad ſuum ouile,
quia nõ eramus de ouili Hebræorum, ſed Gen-
tilium, & Chriſtus iam dixerat nõ eſſe miſſum,
niſi ad oues, quæ perierant Domus Iſrael; quia
illi erant ſui, non extranei: & hæc erat hæredi-
tas vertenda ad extraneos, cum non eſſemus fi-
lij legitimi, & naturales, ſed adoptiui. Quò ve-
rò ad id, quod dixit Petro: Paſce oues meas.
Iam Pontifex habet poteſtatem Pontificiam
26 †ligandi, & ſoluendi per ea verba. vt latè con-
cludit Ioan. de Turrecremat. in tract. de Con-
cilio, & conſequenter quo ad hoc valet illud
Apoſt. 1. Corinth. cap. 5. Quid enim mihi de
ijs, qui foris ſunt iudicare?

Ad quartum, ſimiliter nõ obſtat, quia veræ re
liquiæ, quæ fient ſaluæ, ſunt illæ, quæ reperiẽtur
27 †diebus nouiſſimis, & etiam illæ, de quibus la
tiſſimè egi ſupra cap. 43.

Ad quintum, ſimiliter reſpondetur, terram eſ-
ſe datam hominibus omnibus: nulla autem eſt
facta loci diſtinctio propria, cui quis incum-
28 bere† debeat, cum non ſit alicui locus mortis
ſtabilitus. nam iuxta illud Ouidij lib. 1. Faſtor.

Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor.

Et Statius lib. 5. Thebaidos.

Omne homini natale ſolum.

Et, vt inquit Seneca de Remedijs fortuitorum.
29 cap. 9. Patria omnium vna eſt, extra† hanc ne-
mo proficiſci poteſt. Itaque expulſus ab vno
loco, aliò migrabit.

Ad ſextum, nulla fit offenſio Iudæis dum ex-
pelluntur à propria expellentis iuriſdictione.
nec enim cogitur quis habere ſecretos Regni,
vel Dñij ſui exploratores, maximè cõtrariæ ſe-
30 ctæ, & factionis. †& tex. in d. l. Nullus. & l. Chri
ſtianis. intelliguntur, dum tamen, ſcandalum
aliquod aliorum non immineat, vt in eiſdem iu
ribus habetur; & ſtatim dicã. & ſic etiam intel-
ligitur ſeptimũ oppoſitũ de Doctorũ opinio-
ne, qui contrarium aſſeruerunt qñ ſcandalum,
vel aliud legitimum impedimẽtum militaret.

Nec nouum eſt, quia olim C. Cornelius Hiſpa
lus, Prætor Peregrinus M. Pompilio Lenate, &
L. Calpurnio Coſſ. Edicto Chaldæos circa de-
31 cimum diem ex† vrbe, & Italia abire iuſſit. le-
uibus enim ac ineptis ingenijs, fallaci ſyderũ
interprætatione, quæſtuoſam mendacijs ſuis
caliginem inijciebant. vt eſt author Valer. Ma-
xim. lib. 1. Titul. de Auſpicijs. cap. 4. Si igitur
apud Ethnicos, reprobæ conuerſationis homi-
nes, ne boni ipſorum conſuetudine macularen
tur, expulſi fuere; Quantò magis id Principi-
bus noſtris, ne Chriſtiani Iudæorum perfidia
inficiantur, permitti oportet? Quis enim illos
non euitabit, ac eorum cõſuetudinem non ab-
horreat? quando IESVM CHRISTVM Do-
minum prodere, ad mortem vſq; turpiſſimam,
non ſunt veriti? Hinc in Ciuitate Beriti apud
32 Syriam† in Chriſtianorum vilipẽdium Iudæus
quidã, Dñi N. Ieſu Chriſti Crucifixi imaginem,
lancea ſuffodit, quo ex vulnere magna ſangui-
nis copia effluxit, quo impletũ vas fuit, illoq;
cruore magna quãtitas hominum fuit ſanitati
reſtituta. Hic eſt ille ſanguis, qui in Ciuitate
33 Mantuæ allatus, infinitis claret miraculis. † De
hac Crucifixi imagine lancea perforata, & ſan-
guinis effuſione, ſcribit D. Athanaſius. in lib.
de imagine Ieſu Chriſti. Baptiſta Platina in
Leone III. Paul. Aemil. in Carolo Magno. Ca-
rolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. 4. huius mi
raculi meminit ſancta Romana Eccleſia in Mar
tirologio. ſub die 9. Nouembris, vbi alios aſſer
tores retulit Cæſar Baronius nunc S. R. E. Car-
dinalis meritiſſimus. Quàm optimè in anno
34 1160 Philippus Primus† Rex Gallię, dum per
inquiſitionem, Iudæos quotannis accipere ſol
niſſe clam puerum Chriſtianum, illumq; in lo-
cis ſubterraneis clãculum ducere, quo in loco
in die Paraſceues Crucifigebant: quos appre-
hendit, & ex illis octoginta viuos igne crema-
ri iuſsit Rex Galliæ, quod Ioan. Tilius refert
ad annum 1180. poſtmodum in anno 1181.
eos è Gallia expulit. Cum tamen poſtmodum
35 ob bellorum turbines, pecuniæ inopia† labo-
raret, magna à Iudæis pecunia ſoluta, in Ciui-
tate Pariſienſi, omniq̃ue Gallia recepti ſunt, ac
lares nõ ſine maximo probro aperti. Idemq̃ue
poſt eum fecit Ludouicus Sextus. In anno de-
mum 1287. quia Chriſtianum puerum truci-
36 darunt è Berna† expulſi ſunt. vt teſtatur. Ger-
manographus lib. 3. Sic demum ob perperam
ab eiſdem Iudæis geſta, Norembergæ, Herbi-
37 poli, ac† alibi plura ipſorum millia periere, ac
trucidata fuere, ſeruatis tantũ Infantibus Bap-
tiſmi cauſa, quod fuit in anno 1299. tempore
Alberti Primi Imperatoris. In anno 1309. Ru-
38 beaquenſes ob illorũ† facinora Iudęos omnes
expulere. In anno 1337. In oppido Dekendorff
in Ripa Danubij in Baioaria capti fuere He-
brei, qui acceperant Sanctiſsimum Dñi Eucha-
39 riſtiæ† Sacramentũ, & vilipẽdijs affecerant, ac

demum

demum in Fornace poſuerãt, à qua illæſum extractum eſt. Idem poſtea in Incude Malleis percuſſerunt, & nihil effecerunt, ſed intactum ſeruatur in cuſtodia, miraculis continuis præfulgens. qui carcerati demum igne Cremati, ac dilaniati fuere. In anno vero 1348. quia reper-
40 ti fuerunt, quod puteos, ac fontes † toxico inficiebant, ad vnum trucidati fuere in Germania, & hinc maxima, ac dira peſtis exorta, quæ tam grauis fuit, qua nulla grauior, reperti que fuere in Fluminibus, Fontibusq; ſacculi, toxico, venenoq; pleni. Et ſub Imperio Vinceſlai Imperatoris apud Pragam Boemiæ vrbem plura eorundem Iudæorum millia interfecta fuere, ſeruatis tantum pro Baptiſmo paruulis. In anno vero 1475. Hebræi in die Paraſceuæ
41 in Ciuitate Tridenti, acceperunt † puerum Simonem, quem grauibus affecerunt ſupplicijs, ac in flumen proiecerunt, de quibus maximum ſumptum fuit ſupplicium: quod corpus beati pueri nunc etiam maximis coruſcat miraculis, cui Tridentini propriam erexerunt Eccleſiam. Plura facinora à Iudæis perpetrata refert Antonin. Florentin. parte 2. titul. 17. cap. 1. §. 6. Polydor. Vergilius Hiſtor. Anglicæ. lib. 17. Vincent. Beluacenſ. in Specul. Hiſtorial. lib. 30. cap. 25. & 52. Baptiſt. Platin. in Clem. 5. Iacobus Perez de Valentia in Pſalm. 67. Ideoque maximum ex eorum conuerſatione vertitur Reipublicæ non ſolum ſcandalum, ſed periculum: & in caſu ſcandali euitandi, & imminentis periculi, præſertim quoad fidem, pel-
42 lendi ſunt. vt ſupra † dictũ fuit: vt voluit etiam Parnom. in dicto cap. Quod ſuper num. 15. Armilla in verb. Iudæi. Iacobin. de ſanct. Georg. in dicta inueſtitur. §. Dux. num. 1. Anton. Capic. in inueſtitut. Feudal. §. Feudorum officia. col. 2. verſ. Rex an poſſit expellere. Petr. Gregor. Sintagmat. iuris vniuerſ. lib. 22. c. 3. ſub nu. 23. Vnde Tiberius Cæſar illos vrbe expulit, illorumque ſacrificia, vt dicit Cornelius Tacitus Annal. lib. 2. Siſebutus etiam Hiſpaniarum Rex in anno circiter 639. ac Dagobertus Rex Galliæ illos ex Hiſpania, & Gallia expulerunt. ſcribit Iacobus Meyerus Hiſtor. Flandr. lib. 1. Hinc Ferdinandus Catholicus Hiſpaniarum
43 Rex, quem † ſequutus eſt Emanuel Rex Portugalliæ, ab eorum Regnis eiecerunt centum viginti quatuor millia familias Iudæorum, quæ aſcendebant ad numerum, octingentorum millia hominum, qui ad Baiazetem tunc Turcarum Imperatorem accurrerunt, qui habitationes eis conceſſit, tum Conſtantinopoli, tũ Teſſalonicæ, tum etiam alijs in locis, ac dixiſſe ferunt: Illum, de prudentia Ferdinandi Regis
44 † grauiter mirari, quòd id fecerit, ſe tantis viribus priuando, eijciens populum, cuius numerus, Regnum fortius faciebat. de quibus Lucius Marinæus Hiſt. Hiſpan. lib. 19. cap. 21. Io. Buter. de Repub. lib. 7. c. 11. Leo Affer. Hiſtor. Afric. lib. 1. Ioan. Nicolaus Dolionus in Compend. Hiſtor. lib. 4. plura tamen ad hanc Remfulciẽdam refert nouiſſimè Petrus Cenedo in dicto Collectaneo iuris Canonici 15. par. 2.

ARGVMENT. CAP. LXX.

Tam in ſuis Regnis, quàm alibi natis, Rex Catholicus plures Sanctos viros, quorum memoria, & reliquijs congaudet Eccleſia, ipſe habet, qui maiori parte enumerantur. Sanctitatis plures traditæ ſunt definitiones ex Theologis, ac Platone, Ariſtotele, & alijs, quæ plenè diſcutiuntur.

COMPENDIVM.

1 *Rex Catholicus in ſuis Regnis, & Dominijs viros ſanctitate conſpicuos plures habuit, quàm alius quiſpiam Chriſtiani orbis Princeps.*
7 *Patriæ, & loca, in quibus nati ſunt ſancti, aut martyrio coronati ſunt, Honore maximo fulgent.*
3 *Ciuitas Toleti quibus ſanctis præfulgeat?*
4 *In Ciuitate Hiſpalenſi qui ſancti fuerint?*
5 *Ciuitas Cordubæ quibus ſanctis illuſtretur.*
6 *Ciuitas Compoſtellæ, ſiue Galiciæ.*
7 *Beati Iacobi corpus, qui ab Herode ſecuri percuſſus eſt, in Hiſpania ab eius diſcipulis translatum eſt. num. 8.*
9 *Ciuitas Cæſarauguſta ſuis ſanctis honoratur.*
10 *Ioannis Gaſparis Hortigas & Petri Cenedo iuriſconſultorum laudes. nu. 11.*
12 *Illiberi Epiſcopi.*
13 *Illiturgi Epiſcopus.*
14 *Vergij Epiſcopus.*
15 *Bracchareæ ſancti.*
16 *Ciuitatis Tarraconæ martyres.*
17 *Ciuitatis Emeritæ martyres.*
18 *Charteiæ Epiſcopus.*
Zamorenſis, & Illerdenſis Epiſcopi.
Epiſcopi Saguntini.
Epiſcopi, & ſancti Aſtoricenſes.
Epiſcopus Conchæ.
19 *Ciuitas Vrgelli, & ſui ſancti.*
20 *Ciuitas Legionæ quos ſanctos habeat.*
21 *Barchinonæ ciuitatis ſancti.*
22 *Valentia ciuitas, & eius viri ſancti.*
23 *Compluti ciuitas ſuis ſanctis celebris.*
24 *Didacus Complutenſis ordinis minorum ſancti Franciſci ſumptibus Philippi Regis Catholici in ſanctorum numero relatus.*
25 *Abula ſiue Abila ciuitas, & eius ſancti.*
26 *Hoſca ciuitas ſuis ſanctis nobilis.*
27 *Gerunda ciuitas ſimiliter.*
28 *Burgos ciuitas ſuis ſanctis congaudet.*
29 *Turcaſſonenſis ciuitas.*

30 *Iberia Ciuitas,*
Calagurum Diuo Dominico, & alijs celebris Ciuitas.
31 *Vlyſſipo Ciuitas nobiliſſima ſuis ſanctis.*
32 *Ebora Ciuitas.*
33 *Carthago noua ob ſanctos ſuos illuſtris.*
34 *Hiſpania pluribus ſanctis gaudet.*
35 *Taraſia Regina ſancta.*
36 *Apparitio ſancti Michaelis Archangeli in monte Gargano.*
37 *Eccleſia ſancti Angeli Faſanellæ.*
38 *Eccleſia ſancti Angeli in monte Valuæ.*
39 *Neapolitana Ciuitas ſuis ſplendet ſanctis.*
40 *Sancti in vrbe Neapolitana.*
41 *Capuæ Ciuitatis, & antiquitas, & ſanctorum ſplendore nobilitas.*
42 *Salernitana Ciuitas, & eius ſancti.*
43 *Ciuitas Beneuenti ſuis ſanctis perſpicua.*
44 *Nolana Ciuitas, & eius ſancti.*
45 *Puteolorum Ciuitas, & quibus ſanctos ornatur.*
46 *Muleaſſen Rex Tuneti, viſo in Ciuitate Neapolis, miraculo Corporis, & ſanguinis ſancti Ianuarij, obſtupuit.*
47 *Miſeni qui martyrio coronati.*
48 *Ciuitas Surrenti quos habeat ſanctos.*
49 *Tarenti Ciuitas quibus ſanctis effulgeat.*
50 *Brundusij Ciuitas ſuis viris ſanctis ſpecioſa.*
51 *Ciuitatis Interamnæ ſancti.*
52 *Caietæ ſancti.*
53 *Nuſci Ciuitas, ſancto Amato fulget.*
54 *Aquinum, quibus ſanctis ſit Celebre.*
Aquila Ciuitas ſuis ſanctis Celebris.
55 *Sulmona Ciuitas ſancto Pamphilo ornata.*
56 *Barium Ciuitas quibus eſt ſanctis conſpicua.*
Amiterni Ciuitas ſuis martyribus ſplendet.
57 *Furconium quibus gaudet ſanctis.*
58 *Canuſium quibus ſanctis fulgeat.*
Theani Ciuitas.
59 *Fundis Ciuitas habet ſuos ſanctos.*
60 *Iſernia gaudet Celeſtino Quinto.*
Venafrum quibus ſanctis ornetur.
61 *Pinna habet ſuos ſanctos.*
62 *Sinueſſa quos habet ſanctos?*
63 *Potentia quibus honoretur ſanctis.*
Venuſia quibus ſanctis ſit Illuſtris.
64 *Terracina quibus ornata ſit Diuis.*
65 *Vigiliarum Ciuitas ſuis ornatur ſanctis.*
66 *Sora & ipſa ſuis ſanctis nobilis.*
67 *Conſa Ciuitas ſuis ſanctis ſplendeſcit.*
68 *Oliuetum quibus ſanctis ſit Celebre.*
69 *Capiſtranum in Aprutio quibus gaudet ſanctis.*
70 *In Prouincia Lucaniæ propè Silarum flumen, qui ſancti?*
71 *In Pelignis qui ſancti?*
72 *Calabriæ propè Scyllaceum Sanctus Bruno Carthuſienſis.*
73 *Paula gaudet Francifco minimorum Regulæ Inſtitutore.*
74 *Styli in Calabria, qui ſancti?*
75 *Cupertini in magna Græcia qui ſancti?*
76 *Guleti propè Nuſcum, ſanctus Gulielmus.*
77 *In Monte Caſſino ſancti plures floruerunt.*
78 *Pauli Regij Epiſcopi Vici Equenſis virtutes, ac laudes.*
79 *Siciliæ inſula quos habuit ſanctos? nu. 85.*
80 *Meſſana Ciuitas quibus ſanctis refulget.*
81 *Apud Panormum qui ſancti?*
82 *Catinenſis Ciuitas quibus illuſtretur ſanctis.*
83 *Siracuſarum Ciuitas quos habuit ſanctos.*
84 *Taormina quibus ſanctis gratuletur.*
86 *Sardinia quos habeat Celebres ſanctos.*
87 *Mediolanum quos ſanctos habuerit.*
88 *Papia quibus ſanctis decoretur.*
89 *Nouaria ſuos habet ſanctos.*
90 *Nouocomum etiam ſuis gaudet ſanctis.*
91 *Cremona quos ſanctos habeat.*
92 *Laus Pompeia quibus congratuletur viris ſanctis.*
93 *Burgundia ſuos habuit ſanctos viros.*
94 *Luxonium quos habeat viros ſanctitate claros.*
95 *Gandauum quibus illuſtretur Diuis.*
96 *Leodium quibus ſanctis magnificetur.*
97 *Maldeberta Virgo ſancta Comitis Hannoniæ filia. Attrebatis, qui ſancti?*
98 *Lerinenſes quos ſanctos foueant.*
99 *Vltraiecti qui ſancti fuerint.*
100 *Namurcium quos ſanctos Veneretur.*
Belgæ ſancti alij plures.
101 *Aldenburgi in Flandria, qui ſancti?*
102 *Furnis, qui in ſanctorum numero reperiuntur.*
103 *Andamiæ, qui?*
Hannoniæ in Hasbanio qui ſancti?
104 *Friſia quibus ſanctis præfulgeat?*
105 *Lebuinus dictus Apoſtolus Tranſiſalanæ.*
106 *Bruxella in Brabantia quos ſanctos habeat.*
107 *Brabantia plures habuit ſanctos viros, & fœminas.*
Louanium quibus ſanctis ſit honoratum.
108 *Hollandia, quibus ſanctis honoretur.*
109 *Arteſia ſuis ſanctis nobilitatur.*
110 *Sanctitas quid? ſecundum Dionyſium.*
111 *Sanctitas quid? ſecundum Theologos.*
112 *Sanctitas quid? ex D. Thoma Aquinate.*
113 *Sanctitas quid? ſecundum Platonem num. 114. 115. 116. 117.*
118 *Sanctitas quid? ſecundum Ariſtotelem.*
119 *Definitio vnius rei, vna traditur.*
120 *Sanctus, an careat peccato?*
121 *Dauid electus ſecundum cor Domini, peccauit.*
122 *Definitio debet conuerti cum ſuo definito.*
123 *Definitio conſtat ex genere, & differentijs.*
124 *Beatitudo ab omnibus amatur.*
125 *Præceptum iuris eſt, ius ſuum vnicuiq; tribuere.*
126 *Dilectionis charitas ex doctrina Chriſti.*
127 *Charitas eſt mutuus Amor, ſiue amicitia hominis ad Deum.*
128 *Amicitia bona, & vera inter bonos tantum.*
129 *Sine charitate quis, eſt veluti æs ſonans, aut Cymbalum Tinniens.*
130 *Pietas ſanctitatem præcedit, & Religio ſubſequitur.*
131 *Pietas in Deum principaliter eſt.*

132 *Pietatem Græci, quomodo vocent?*
133 *Religio eſt virtus, per quam homines Deo cultum, ac veneratione exhibent.*
134 *Religio à relegendo.*
135 *Religio à Religando.*
136 *Religio ſi tollitur, nulla nobis ratio cum cęlo eſt.*
137 *Propinquiora ad finem meliora ſunt.*
138 *Religio eſt idem ſanctitati.*
139 *Religio operatur per interiores, & exteriores actus.*
140 *Interiores actus operantes in religione ſunt principales, exteriores verò vti ſecundarij.*
141 *In cultu diuino, vtendũ eſt aliquibus corporalibus.*
142 *Deus amico non indiget.*
143 *Actus interiores religionis, ſunt deuotio, & oratio.*
144 *Hæretici dixerunt Deum per externos actus, adorandum non eſſe.*
145 *Sanctitas vouendo, atque orando petit.*
146 *Sub Heroica virtute, omnes morales virtutes includuntur.*
147 *Dij appellantur, qui Chriſti diuinitatem intelligũt.*
148 *Deos appellabant, qui aliquorum memoriam apud Gentiles adorare uolebant.*
149 *Romani ex vita integritate, & alijs quibuſdam, inter diuos aliquos referebant.*
150 *Philoſophus Gymnoſophiſta, quomodo reſponderit Alexandro interroganti, quo pacto quis Deus euadat.*
151 *Hiarcha Indorum Rex, dixit ipſos eſſe Deos, quia viri boni eſſent.*
152 *Proximus quis primo enti, tanto perfectius alijs exhibet.*
153 *Diuina perfectio in quibus conſiſtat.*
154 *Cordis munditia, reddit quem amicum Deo.*
155 *Finis noſtræ perfectionis Regnum cœlorum eſt. Beatitudo, ſpei vna, realis altera.*
156 *Beatitudo conſiſtit in perfecta Dei viſione, ac fruitione.*

CAP. LXX.

HAec eſt ſuprema Catholici Regis gloria, hæc ſumma omnium fœlicitas, & in ſuis Regnis, ac Statibus, plures viros ſãctos habuit,
1 quorum† actionum, morũ, virtutum, atq; exemplorum actibus, non ſuorum tm̃ Regnorum, loca irradiãtur, ſed totus orbis gloria, & decore præfulget. Referam illos ſuccinctè, vel natiuitatum, vel martiriorum locos aſſignando, vel vbi ſanctæ illorum reliquiæ reperiantur. Non modica enim gloria eſt, vel ſanctorum corpora in loco habere, vel à locis huiuſmodi ſãctiſsimos viros natiuitatum originem, ac fundamẽta ducere. Hinc de Gordiano martire, ac milite Cæſareæ ſcribens Magnus Baſilius in Pſal. 59. inquit: Sicuti arbores, quæ bona ferũt poma propriæ bonitatis nutrienti tribuunt humo; ſic iſte ex noſtræ vrbis prodiens vtero, ad ſummumq; culmen gloriæ euectus, patriæ, quæ eum produ
2 xit, atq; aluit, honorem glorioſiſsimi† martirij, tribuit. Iucunda nobis ſunt externa poma, modo delectent ſapore; ſed noſtro longè gratiora guſtui, propria. q̃ peregrina; præterq̃ quòd gloriam quandam nobis conferre videntur. Hæc Baſilius. quẽ retulit Alardus Aemſtelredamus ſimilitudinum. fol. 148. Faciamus, itaq; illorum omnium Breuiariũ quoddam, in quo Catalogũ illorumq; nomina ad æternã memoriã reducamus, & primo à Regnis Hiſpanicis, in quibus narrãdis, nulli p̃iudicans, ordinem antiquitatũ non ſeruãdo, nulli p̃iudiciũ afferre intẽdimus.

3 Ciuitas enim Toleti plures† habuit Antiſtites, ac ſanctos, ſanctasq; virtutũ, ac meritorum gloria conſpicuos, ſanctos enim Bernardum, primum Toletanæ Eccleſiæ antiſtitem, & Eugenium ſimili modo Epiſcopum, ſancti Dionyſij Areopagitæ diſcipulum, qui in agro Pariſienſi martirij coronã accepit, & poſt ad Ciuitatem Toleti trãslatus eſt: Eugenium alterum Epiſcopum, & Cõfeſſorem, Idelphonſum, Helladium, Iuſtum, Iulianũ, Epos. Leocadiam, Martianam, Obduliam, Virgines, & martires, & etiam Caſillam, ſiue Caſilidam, Regis Toleti Mauritani fi-
4 liam. In Ciuitate† Hiſpalẽſi floruerunt ſanctiſſimi viri Antiſtites, & Eccleſiæ Summi Doctores Iſidorus, Leander, & Laurianus Epiſcopi. Fęlix Diaconus, Florentius confeſſor, Hermini gildus, Petrus, Seruãdus, Florentina Iſidori, & fratrum ſoror, Iuſta, Ruffina, Virgines, & reſpe-
5 ctiuè martires. In Ciuitate† Cordubæ, plurimi efflorũerunt martires, qui fęliciſsimo certamine vrbem adornarunt, Eulogius Præsbyter, Fęlix, Hieremias, Emilas, Abundantius, Aciſelus, Chriſtophorus Monachus, Adulphus, Ioannes, Amator, Petrus, Ludouicus, Anaſtaſius, Aurelius, Argymirus monachus, Fandila, Fauſtus, Ianuarius, Martialis, Georgius, Habentius monachus, Seruus Deus Monachus, Sandalius, Secundinus, Siſenandus, Guneſindus præsbiter, Iſidorus Monach⁹, Bouildes, Iſaach Monach⁹, Præfectus pręsbyter, Leonigildus monachus, Ludouicus, Paulus monachus, Rogellus, Paulus Diaconus, Pelagius, Zoilus, & decẽ nouem alij. Vuiſtremundus monachus, Vualabonſus Diaconus, Ruidericus, Salomon, Sancius, Theodomirus, Sabinianus; Victoria, Aurea, Columba, Digna, Flora, Lilioſa, Natalia, Leocritia, Põpoſa martires: Sancta Specioſa, mater, & Tranquilla Perez Virgo. In Ciuitate Compoſtellæ,
6 † Galiciæ, ſiue Gallaciæ prouinciæ, eſt corpus ſancti Iacobi, fratris ſancti Ioannis Euangeliſtæ, cuius ſanctiſſimi Apoſtoli reliquijs, & ſi
7 orbis totus gaudere debet, Hiſpania † tamen ſupra alios, cum in tot contra Mauros, ac Sarracenos congreſſibus, & Bellis, inuicta manu ſemper victoriam reportauerit, & perſona viſus aſtiterit, & vix anno à CHRISTI paſſione trãſacto, Herodis mãdato, ſecuri percuſſus eſt, & capite truncatus, interijt, cuius corpus ſanctiſſimũ, non ſine myſterio ab eius diſcipulis in
8 Hiſpaniam† trãſlatũ eſt, ibiq; toto terrarũ orbe

notiſsimus, miraculis claret. Sancti etiam alij viri Petrus Epiſcopus Compoſtellanus, Facundus, & Primitiuus, martires. In Ciuitate Cæſar-
9 auguſtæ, † Braulius, & Valerius Epiſcopi, Lambertus, Saturnini quatuor, Succeſſus, Apodemius, Caius, Crementius, Cęcilianus, Fronto, Optatus, Fęlix, Lupercus, Euętius, Primitiuus, Martialis, Vrbanus, Quintilianus, & Publius. Iulia, & Eneratis, ſiue Engratia, Virgines, & Martires præfulgent. De quam pluribus alijs
10 ſcribit eleganter Io. Gaſpar † Hortigas in Patrocinio pro Gymnaſio Cęſarauguſtano par. 3. num. 100. & ſatis optimè ac diuerſimodè patriam ſuam illuſtrando refert Petrus Cenedo
11 † in Collectaneo iuris Canonici 43. per to-
12 tum. parte 1. Cæcilius, † & Gregorius Epiſcopi
13 Illiberi. Euphraſius Epiſcopus † Illiturgi.
14 Vergij, † Cteſiphon Epiſcopus ordinatus ab
15 Apoſtolis. Braccharæ, † fuerunt Fructuoſus, ac Petrus Epiſcopi; Victor, Martir. Tarraconæ
16 † Fructuoſus Epiſcopus, Augurius Diaconus, Eulogius Diaconus, Maginus martires. Emeri-
17 tæ, † Germanus, Seruãdus, Stercatius; Antigones, Iulia, Lucretia, Virgines, ac martires. Char
18 teiæ Heſychius † Epiſcopus. Attilanus Epiſcopus † Zamorenſis. Licerius Epiſcopus † Illerdenſis. Sacerdos, Epiſcopus † Sagũtinus. Turbidus, & Gennadius, Epiſcopi † Aſtoricenſes. Marta, virgo, & Martir Aſtoricenſis. Iulianus, Epiſco-
19 pus † Conchenſis. Vrgelli, † Iuſtus, Hermengau-
20 dius, & Odo Epiſcopi. Legione, † Froylanus Epiſcopus, Claudius, Lupercus, Victor, & Victorinus Martires, Marciel, & Nona. Barcino-
21 næ, † Pacianus, Seuerus Epiſcopi, Cucuphas martir, Eulalia, Virgo, & Martir. Indaletius Epiſcopus Vicenſis ordinatus ab Apoſtolis. Tor-
22 quatus Epiſcopus Accitanus. Valentiæ † Ciuitas ſanctorum plurium virorum fulgore illuſtratur, Eutropio Epiſcopo, Diuo Vincentio martire, Xyſti Papæ, & Laurentij martirum diſcipulo, Vincętio altero Ferrerio Ordinis Prædicatorum, ſummo Theologo, ac Beato Petro
23 Nicolao factore. Compluti † Ciuitas non minus cęlebris ſuorum ſanctorum decore. Cruorem ſanguinis effuderunt ibi Iuſtus, & Paſtor, martires: & Diuus Didacus ordinis minorum de Obſeruantia Sancti Franciſci Aſsiſiatis, qui
24 procurante Philippo Rege Catholico † Secundo, fuit per D. N. Sixtum Quintum Summum Pontificem in Sanctorum numerum relatus,
25 in Anno Domini 1588. Abilæ † ſeu Abulæ etiam Ciuitas clariſsima redditur, ob Martirium ſancti Vincentij, quem ſupra nominauimus. Floruit etiam ibi Secundus Epiſcopus, Nec non Chriſtera, & Sabina martires. Apud
26 Hoſcam, † Nunilo, Orentius, Patientia, & Alo-
27 dia martires. Gærunda † Ciuitas, clareſcit ob martyrium Ioannis Gothi Epiſcopi, & Fœlicis
28 Diaconi. Burgos † Ciuitas, congaudet gloria Sancti Eleſmi, & martirij ſanctę Helenę. Turiaſ-
29 ſonenſis † Ciuitas ob Æmilianum præsbyte-
30 rũ. Iberia † ob ſanctam Chriſtianam ancillam, & martirem. Calagurum † ob natiuitatem Sancti Dominici ordinis Prædicatorum inſtitutoris ſanctiſsimi, & ob martirium Chelidonij, &
31 Hemiterij. Vlyſsipo gloriatur † natiuitate Sancti Antonij ordinis diui Franciſci, cuius Corporis ſanctiſsimæ reliquiæ in Ciuitate Paduæ honorificè venerantur. Gloriatur etiam Veriſsimo, & Marcio martiribus, ac Iulia martire, &
32 Maxima virgine. Ebora, † Irene virgine, & mar-
33 tire. Carthago † Noua redditur illuſtris ob reliquias sãctorum Sperati, Natalij, Cirini Beturij, Fœlicis, Aquilini, Lætarij, Ianuarij, Enneco Abbate Ouetenſi, Ferdinando filio Ioãnis Regis Luſitaniæ; ac Generoſa, Donata, Beſſia, &
34 Secunda martiribus. Gaudet Hiſpania, † Iſauro Epiſcopo Augienſi, acalijs, quorum patriæ incertæ ſunt, vt Epitatio, & Geruntio Epiſcopis. Baſileo, Criſpulo, Reſtituto, Ciriaco, Arcadio, Paſchaſio, Probo, Eutichiano, Eutichio, Fęliciano, Philiberto, Honorio, Læto, Stephano, Victore, Polixena Apoſtolorum diſcipula, Xantippa, Quiteria Virgine, Vuilgeforti, Paula, Centolla, & Helena martiribus, & Taraſia
35 † Regina. Infiniti propemodum alij ſunt, quorum ſanctiſſimis reliquijs Hiſpania redditur Illuſtriſſima, quorum meminere Surius, Metaphraſtes, Lyppomanus, & alij, qui ſanctorum vitas ſcripſere. Sanctus Eulogius in memoriali ſanctorum. Alphonſus Villegas in flore ſanctor. Hiſpanorum. Petrus in Catalogo. Beda, Ado Viennenſis, Vſuardus, Gregorius Turonenſis, Rodericus Toletanus, Alphonſus de Carthagena, Lucius Marineus, Epiſcopus Gerundenſis, Didacus Valera, Ambroſius Morales, Ioannes Vaſæus, Franciſcus Tarapha, & Martyrologium Romanum, vbi Cęſar Baronius Cardin. Illuſtriſsimus.

In Regno vero Neapolitano, multa reperiuntur ſanctorũ corpora, ibi quieſcentia, aliaque plura. Admodum notanda ac memoratu
36 digna eſt apparitio † ſancti Michaelis Angelorum Principis in Apulia apud montem Garganum ſub die 8. Maij, tempore Gelaſij Primi Summi Pontificis, vt ſcripſere omnes Hiſtorici. Ad hunc cæleberrimũ locum ex diuerſis Chriſtiani orbis partibus Peregrini concurrunt: cuius templi, aç Speluncæ Eccleſia, nõ hominum manu facta in Monte Gargano, non ſine admiratione viſitur. Eccleſiæ eiuſdem dedicationem, Romana Eccleſia, eiusque feſtiuitatem cælebrat ſub die 29. Septembris. Eiuſdem Archangeli Michaelis, alia Cripta eſt æquè mirabilis, quæ olim reperta fuit in oppido idcirco
37 appellato, Sãctus Angelus † Faſanellæ, quod oppidum magnũ eſt, & nobile, in quo reperta fuit Cana ſpecus in mõte ſolido, & intacto, in quo ſolum per quoddam formen in altum poſitum ingrediebantur columbæ, ad quas capiendas,

cum

cum aucupes nocte illud foramen certo modo rete tetendiſſent, vt manè aues exeuntes caperent; vnus ipſorum per foramen, in quo Sol oriens radijs introibat, inſpiciens, in profundo Antri pauimentum quoddam ſe videre dicebat: quod cum alijs non nullis retuliſſet, certatim plures loci inſpiciendi cauſa illuc ſe contulerũt: cumq; foramen ità anguſtum eſſet, vt vix vnus ingredi cum pedibus antè poſſet, decreuerunt, quòd fune ligatus aliquis ingrederetur; nec audentes ingredi, ob dubium rei euẽtum, tandẽ vnus, funibus benè ligatus, lumen manu magnum portans, deſcendit eſt, circiter altitudinem quinquaginta paſſuum emenſus, cumq; campanulam pro ſigno aſcenſus, portaſſet, locum intuitus Antrum pulcherrimum reperit, ità affabrè elaboratum, vt artificis manu pulchrius deſignari minimè poſſit, in quo reperit, quinq; altaria, ex Calce, & Cœmentis facta, in quinque angulis Antri, diſtãtibus quaſi æqualiter, & lapidi, ſiue Monti non hærentibus, ſed ab eo ſeparatis, quantum retro tranſire poſſet, & in parte poſteriori cuiuslibet Altaris in conſpectu ſtantis ſupra altare in muro Lapidis ſiue Montis erat pictura antiquiſſima, quarum aliquæ Deum Omnipotentem, ac Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ac Beatiſsimam Virginem Mariam diuerſimodè repræſentabãt. Exeunte itaq; illo, & factum referente, & q̃ imago magna ibidem erat Michaelis Angelorum Principis, alij plures deſcenderunt, & locum videntes idem referebant: indeq́ue factum eſt, vt Ciuibus in Faſanella Ciuitate ibidem proxima factum diuulgatum ſit, & certatim rupto monte in parte inferiori magna cum difficultate, facta ſit Eccleſia ſummæ deuotionis, admodum ditata, in qua Abbas per Summos Pontifices creatus eſt, habens Epiſcopalia Iura: cuius redditus ad duo millia circiter ducatorum numerum aſcendit, ſoliq; Summo Pontifici ſubditus eſt; ibidemq́ue factum eſt oppidum circiter mille Foculariorũ, quorum Eccleſia infinitis coruſcat Miraculis.

38 Alia ſimilis eſt apud Valuas † prope Silarim Fluuiũ, in qua in octauo Maij Mirabilis eſt exterorum concurſus, in medio cuius adeſt fons paruus ſurgentis aquæ, minimè currens, ità tamen, vt ſi eodem tempore millæ aquæ lagenæ extrahantur, numquam plus creſcat vel decreſcat. Alia ſimilis eſt in montibus noſtris ſimiliter ad mirabilis cum picturis, quæ dicitur, & appellatur, ſanctus Angelus de Monte nigro.

39 † Vrbs Neapolitana, Regni Regia, & caput, ſanctorum ſuorum ſplẽdore eſt fulgentiſſima.

40 ꝑſertim † sãctis epis, Athanaſio, Agrippino, Aſprenate, Euphebio, Ioanne, Pomponio, Seuerino, & Seuero. Similiter ſancto Agnello abbate, ſancto Gaudioſo Epiſcopo Africano, S. Quod vult Deus. Sanctis, & virginibus, Patricia, Candida Sancti Petri Diſcipula, Candida Iuniore, Reſtituta, alijſq; pluribus, Sãctorum Reliquijs. Adeſt Corpus ſancti Ianuarij, Corpus Beati Iacobi de Marchia ordinis ſancti Frãciſci de obſeruãtia, duo corpora ſanctorum Innocentiũ, quę ſunt in Eccleſia ſanctæ Marię Annunciationis. In qua nouiſſimè dũ hæc prælo dantur ſunt corpora ſanctorum Sabini, Primiani, Firmiani, Paſchaſij, Alexandri, Eunomij, Tellurij, & Vrſulæ, quæ fuere reperta nouiter in Ciuitate Leſinenſi in Monte Gargano, quæ ciuitas eſt ſub Iuriſdictione eiuſdem Venerabilis Eccleſię Annunciationis, quibus Reliquijs factæ ſunt octo Arculæ, Auro, Argentoq́; vermiculatæ, & Poſitę in Arca magna affabrè facta: quorum ſanctorum reliquiæ effuſo magna pompa Populo, omniq́; Clero, & Religioſis fuere proceſsionaliter tranſlata, cui proceſſioni interfuimus. Adeſt in Monaſterio monialium ſanctæ Patritiæ vnus clauus, quo D. N. IESVS Chriſtus

41 Crucifixus extitit. Capuæ Ciuitas, † nõ ſolum ſui antiquitate, ſed ſanctorum gloria eminet, habet enim ſanctiſsimos Epiſcopos, Bernardum, Paulinum, Pamphilum, Ruffinum, Victorem, Ruphum, Vitalianum, Caſtrenſem, Decoroſum, & Germanum. Habet inuictiſſimos martires, Canionem, Priſcum, vnum ex ſeptuaginta duobus Chriſti diſcipulis, Tãmarum, Roſium, Elpidium, Marcum, Heraclium, Secundinum, Adiutorem, Auguſtũ, Vindonium, qui ex Africa Capuæ cum Sancto Caſtrenſi, martirij gloriam compleuerũt. Sic & Aemilius, Antoninus puer, Arontius, Carpophorus, Donatus, Quintus, Rufus, Saturninus. In toto Campaniæ tractu Eraſmus, & Siluanus Epiſcopi, Marcus, & Vindonius cõfeſſores, Vitalis Martir, Ariſton, Creſcentianus, Euthychianus, Vrbanus, Iuſtus, Felicißimus, Felix, Dion, & Benedictus Monachus, & Diodorus. Similiter, Martia, Symphoroſa, Dominica, & octoginta alij Martires. Sa-

42 lerni, † adeſt Corpus Beatiſſimi Apoſtoli, & Euangeliſtæ Matthæi, excepto brachio dextro, & vno Dente, quia dens poſitus eſt in quadam Cruce, & brachium in quodam Tabernaculo, ibidem exiſtentibus. Corpora ſanctorum Fortunati, Gaij, & Anthes, Martirum: Nec non Beatorum Gramatij, Veri, Euſterij, Gaudioſi, & Valentini Epiſcoporum eiuſdem Ciuitatis; Et Elpidij, Cionis, Elpicij, Valentiniani confeſſorum, ac Cirini, & Quingeſij, & Beati Fœlicis Martiris, Corpus Gregorij Septimi Summi Põtificis. Adeſt ibi Magnus reliquiarum ſanctarum cumulus, ſcilicet Iſaiæ Prophetæ, Zachariæ patris Ioãnis Baptiſtæ, Simeonis Iuſti, Abraham, Iſaac, & Iacob; Petri, Andreæ, Iacobi, Philippi, ac Barnabæ Apoſtolorum, Stephani Prothomartiris, Xyſti, Sebaſtiani, Fabiani, Cataldi, Pantaleonis, ac aliorum. Et ſanctarum Virginum, Agnetis, Cœciliæ, Margaritę, Barbatæ, Felicitatis, Agathæ, Emerẽtianæ, & aliarum.

43 Beneuenti, † Corpus Gregorij VIII. & Barbati

Epi-

Epiſcopi: Adeſt corpus Modeſti Leuitæ, & martiris: Adſunt duodecim fratres Afri Martires.
44 Nolæ. † Sanctus Paulinus Epiſcopus, Sanctus Fœlix Epiſcopus, cum triginta martiribus; Sanctus Maximus Epiſcopus, Fœlix præsbyter miraculis Clariſſimus, Fœlix alter Martir; Iucunda, & Iulia Virgo, & Martir. In Ciuitate Puteo
45 lorum, † martirium paſſus eſt Sãctus Ianuarius Epiſcopus Beneuentanus, cuius reliquiæ Neapoli aſſeruantur, cum ampulla eius ſanguine plena, quæ quotannis ponitur in aliquo ex Sedilibus Nobilium Neapolitanorum Magna cũ Pompa, poſtmodum eiuſdem ſancti viri corpus, & reliquiæ aſportantur, tota Ciuitate proceſſionaliter eunte, & vt in conſpectu reliquiæ ſunt cum ſanguine, ſtatim ſanguis, tam longo temporum curriculo ad modum ferè lapidis induratus, tamquam cera liqueſcit, & bulliendo eleuatur per ampullas: quod cum ſemel in-
46 ſpexiſſet Muleaſſen Tuneti Rex, † alta voce, maximum Miraculum ſe videre aſſeruit: & ſtatim corpore tranſeunte, & à loco diſtãte in priſtinam ſanguis duritiem, reuertitur. Adſunt ibi dem corpora Sanctorum Martyrum, Soſij, Proculi, Feſti, Deſiderij, & Acutij, & Honorati Abbatis Fundani, ac Iulianæ Virginis, & martyris. Adeſt corpus ſancti Celſi diſcipuli ſancti Petri. In eadem Vrbe paſſi ſunt Abundius Epiſcopus, & Fidelis. Adeſt ſancta Nicea, ſancti Procu
47 li mater. Apud Miſenum † olim Ciuitatem, martyrio Coronati Zoſimus, item Eleutherius Epi
48 ſcopus, & Antia eius mater. Surrenti † adeſt corpus ſancti Antonini Abbatis Caſsinenſis, ſancti Quinti, Quartillæ, & Quintillæ Marty-
49 rum. Tarenti, † corpus ſancti Cataldi Hiberni, illius Ciuitatis Epiſcopi, Miraculorum, & vitæ gloria clariſsimi, qui poſt applicationem, & prædicationem primam à Petro Apoſtolorum Principe, & à Marco Euangeliſta, primus ex Domini Ieſu Chriſti mandato ad Vrbem illam
50 perrexit. Brunduſij † Sanctus Leucius, & ſan-
51 ctus Pelinus Epiſcopi. Interamnæ, † Proculus, Anaſtaſius, & Valentinus Epiſcopi. Nec nõ Proculus alter, Apollonius, Ephebus Martyres, & Agapes Virgo, & Martir. Formijs, ſiue Caietæ,
52 † Gelaſius II. Pontifex, ſancta Albina Virgo,
53 & Martir. Nuſci, † ſanctus Amatus Epiſcopus. Aquini, Conſtantius Epiſcopus, & Clinius confeſſor. Nuceriæ, Fœlix, & Conſtantia Martyres.
54 Aquilæ, † Raynerius Epiſcopus, Maximus Diaconus, & Martyr, & Ioannes Gallus. Valuæ, ſi-
55 ue Sulmonæ, † Pamphilus Epiſcopus. Amal-
56 phiæ, ſanctus Andreas Apoſtolus. Bari, † ſanctus Nicolaus Epiſcopus Mirenſis. Amiterni, Victorinus Epiſcopus, & octoginta tres Marty-
57 res. Forconij, † Fœlix, & Florentius Martyres.
58 Theani † Vrbanus Epiſcopus. Cannuſij † pars reliquiarum ſancti Sabini Epiſcopi. Fundis, † Soterus Papa, Paternus Martir, Fœlix monachus,
59 & Libertinus Abbas. Iſerniæ, † Petrus de Mur-
60 rono, Cœleſtinus quintus dictus. Venafri, † Ni
61 cander, & Marcionus martyres. Pinnæ, † Ioan-
62 nes Epiſcopus Pinnenſis. Sinueſſæ, † Secundinus Epiſcopus, Caſtus Epiſcopus, & Martyres.
63 Potentiæ, † Gerardus Epiſcopus. Venuſiæ, † Fœlix Epiſcopus Africanus, Ianuarius præsbyter, Audactus præsbyter, Fortunatus, & ſeptimus,
64 Lectores, & Martyres. Terracinæ † apud Foſſamnouam, ſanctus Thomas de Aquino Doctor Angelicus, Epaphroditus Epiſcopus, Lindanus Appulus Monachus, Montanus, Fœlix, Euſebius Monachus, Iulianus præsbyter, & martyres; Flauia, Domitilla, Euphroſina, Theodora,
65 Virgines, & Martyres. Vigilijs in Apulia, † Maurus Epiſcopus, Sergius, & Panthaleemon mar-
66 tyres. Soræ, † Dominicus Abbas, & Reſtituta
67 Virgo, & Martyr. Conſæ, † Herebertus, ſeu Phi
68 libertus, & Menas ſolitarius. Oliueti † Patriæ meæ Natalis, Maccharius Abbas Romanus, ille, qui ex officio Vicarię poteſtatis ad monachatũ peruenit, & ex eius miraculis inter Diuos annumeratur, & quo die ad Monaſterium ſanctæ Mariæ de Paradiſo ordinis minorum obſeruantiæ in eodem oppido ab Abbatia ſancti Petri ſita extra mœnia per duo milliaria, eius ſanctiſsimæ reliquiæ tranſlatæ ſunt, viginti à Malignis ſpiritibus vexati, liberati fuere: comitãtes verò Pompam proceſsionis ex diuerſis locis numerati fuere ſexdecim millia circiter homines, nec à loco cellulæ in Abbatia, in qua reliquię quieſcebant, valuere extrahi: niſi vno Religioſo patuit cellulæ ingreſſus, quum alijs circiter quadraginta Monachis, & presbyteris, qui id ſucceſsiuè vnum poſt alium ingredi experti ſunt, patuit aditus, ſed ſemper facula, quã manu ingredi volens geſtabat, in ingreſſu Hoſtioli, nemine ſtante extinguebatur. Cuius reliquiæ in eodẽ monaſterio, cum alijs ſanctorum reliquijs honorificè, & magna deuotione ſer-
69 uantur, ac venerantur. Capiſtrani † in Aprutio, Beatus Ioannes ordinis Sancti Franciſci, Summus Theologus, & Canoniſta. In Prouincia
70 † Lucaniæ propè flumen Silaris, qđ noſtra territoria irrigat, Vitus, Modeſtus, & Creſcen-
71 tia Martyres. In Pelignis, † Peregrinus Epi-
72 ſcopus, & Martyr. Calabrię, propè † Scyllaceum inter Stilum, & Arenam, in Monaſterio Sãcti Stephani, erecto liberalitate Rogerij Guiſcardi Northmanni Comitis Calabriæ, & Siciliæ, Bruno Carthuſienſis ordinis, inſtitutor, vitæ auſteritate, & Miraculorum gloria clarus,
73 ac Beatus Laoninus Northmandus. Paulæ † in Calabria, Franciſcus, ordinis Minimorum Inſtitutor, cuius corpus ſanctiſsimum in Gallia Celtica apud Ciuitatem Turonenſem magno
74 cum honore ſeruatur. Stili † in Calabria, Ioan-
75 nes Thereſti monachus. Cupertini † in Magna Græcia, Vuerdinus Abbas Hidruntinus, q vitæ ſanctitate, & Prophetiæ ſpiritu corruſcauit. Gu-
76 leti † propè Nuſcum, Gulielmus Vercellis ta-

men

mẽ natus in Sabaudia, Regni Neapolitani amator, Eremita Montis Virginis, cuius corpus ſanctiſsimum diuiſum extitit; caput enim, & pars
77 vna Guleti, altera in Monaſterio Montis Virginis aſſeruantur. Apud Caſsinum Mõtem † S. Benedictus Monaſticæ vitæ inſtitutor, ex quo infiniti propemodum Religionũ ordines prodiere. Ibibem fuere vitæ ſanctitate conſpicui, Summi Pontifices, Stephanus III. Stephanus X. & Gelaſius II. Nec non Benedictus alter, Deus dedit, Ioannes Capuanus, Petronacius, Guinizo, Bonitus, Bertarius, Abbates. Odoriſius Abbas, poſt modum Cardinalis; Leo Cardinalis Oſtienſis, Carolo manus Auſtraſiæ, & Sueuiæ Rex; Rachiſius Longobardorum in Italia Rex; Fauſtus, Simplicius, Conſtantinus, Gebizo, Adam, Alamannus, Albertus Pelignus, Paulus Capuanus, Petrus Cuculus, Leo Amalphitanus, Aldemarius, Angelus, Ebizo, Azo Campanus, Gayderiſius, Guayferius, Sergius Amalphitanus; Randiſius Comitis Burrelli filius; Paulinus, & Auguſtinus ambo ſancti Benedicti diſcipuli. Sancta Scholaſtica ſoror ſancti Benedicti: ſancta Rectruda vxor Rachiſij Regis. Cauæ in Monaſterio ſanctæ Trinitatis, ordinis eiuſdem ſancti Benedicti, Victor III. Summus Pontifex, Cõſtabilis, Petrus Salernitanus, Falco, Petrus Secũdus, Alferius Salernitanus, Leo, Leonardus, & Simeon: de quibus omnibus, ſupra allegati Hiſtorici ſanctorum geſta ſcribentes, Marcus Antonius Marſilius, Ianus Iuuenis, Leo Hoſtiẽſis, & Petrus Diaconus in Chronicis Caſsinenſibus, Paulus Diaconus, Carolus Sigonius, Cardinalis Baronius, & nouiſsimus
78 omniũ Paulus Regius † Epiſcopus vici Aequẽſis, vir morum, ac vitæ integritate conſpicuus, & multæ lectionis, ac diligentię ſummæ in ſcrutandis ſcripturarum Arcanis. Apud Rhegium Calabriæ, sãctus Leo Papa, Sanctus Suerus Epiſcopus, & martyr, Thomas Abbas, Cyprianus Abbas, Agnes, Fœlicitas, & Perpetua Martyres. Apud Ciuitatem Roſſani Bartholomæus Abbas, Nilus Abbas, Stephanus, & Theodora Virgo. Conſentiæ Beatus Bonatius, Gerardus, Lucas Epiſcopus, Mattheus, Rogerius, Nicolaus, Peregrinus, & Theleſphorus. Apud Caſtrouillarum, Sanctus Angelus, Sanctus Donulus, Leo, Nicolaus, Samuel, & Vgolinus martyres. Petiliæ, Anterus Papa, & martyr. Heracleæ, quam dicunt Ieraci, Antonius confeſſor, Ieiunius confeſſor, Nicodemus, ſancta Venera virgo, & martyr. Apud Ciuitatem sãcti Marci, Caſſiodorus martyr, Senator martyr, Viator martyr. Bellouiſo, ſiue Beluederi, ſanctus Daniel martyr, Beatus Cyriacus. Tropeæ ſancta Domenica virgo, & martyr. Bouæ, ſanctus Elias Abbas, Leo monachus. Tauriani, ſanctus Fantinus Abbas, Lucas Abbas, Ioannes Epiſcopus, Georgius Epiſcopus. Apud Turium, Theleſphorus Papa, & martyr. Meſuracæ Zoſimus Papa, Beatus Matthæus. Cerenthiæ, Bernardus Epiſcopus. Amautheæ, Beatus Antonius. Crupolati, Beatus Bernardinus. Bifiniani, Beatus Martinus, Proclus, Burrelli, Beatus Randiſius. Crotonæ B. Petrus. Longobardi B. Archangelus, & alijs in locis infiniti propemodum.

Inſula Siciliæ ſuis etiam viris ſanctiſsimis
79 decoratur habuit enim Agathonem Leonem II. & Stephanum III. Summos Romanos Pon-
80 tifices. Meſſana † Ciuitas habuit Ampelum, Caium, Corebum præfectum, Donatum monachum, Eutychium, Fauſtum, Firmanum, Placidum monachũ, & ſocios, Victorinũ, Anthiam,
81 & Flauiam martyres. Propè † Panormum, fuit
82 Alexander monachus. Cataniæ, † Berillus, à ſancto Petro Miſſus, & Leo Epiſcopi, Attalus, Cornelius, Euplius Diaconus, Fabianus, Mineruinus, Pontianus, Quintianus, Sextus, Simplicianus, Stephanus, Agatha virgo, & martyres,
83 ac Angelus monachus. Siracuſarum † Ciuitas habet, Martianum, Maximianum, & Zozimum Epiſcopos; Euodium, Hermogenem, & Caliſtum martyres. Clementem monachum, Martiam, & Luciam virgines, ac martyres. Taormi-
84 na, † Pancratium Epiſcopum. Habet inſuper
85 Sicilia Agathonem † alterum, Triphinum, Alphium, Philadelphum, Cirinum, Angelum presbyterum ordinis Carmeliti, Albertum, Mercurium, & ſocios milites martyres, ac alios ſocios ſeptuaginta nouem. Eutaliam, & Triphinam virgines, ac martyres, & Gregorium Epiſcopum Agrigentinum, aliosq; nonnullos, de quibus ſcripſere ſupra dicti, & Cardinalis Baronius, & Thomas Facellus nouiſsimè.

86 Sardinia habet † Symmachum Papam, Benedictum Epiſcopum, nec non Æmilium, Fœlicem, Priamum, Lucianum, Antiochium, Camerinum, Ciſellum, Ephiſium, Ianuariũ, Politum, Protum, Saturninum, Criſpolum; Creſcentianam, Hemeclinam, Iuſtam, Iuſtinam martyres, de quibus vltra præfatos ſupra allegatos ſcribit Ioannes Franciſcus Fara de Rebus Sardois.

In Mediolanenſi Dominio, ſanctorum ſuorum perennis gloria fulget: Sanctiſsimi enim
87 commemorantur † Epiſcopi Mediolanenſes, Ambroſius in primis, Summus Catholicæ Eccleſiæ doctor, Anatolius, Benignus, Benedict*, Caius, Datius, Antoninus, Auxanus, Calimerius, Dionyſius, Caſtritianus, Euſtorgius I. Euſebius, Euſtorgius Secundus, Clicerius; Honoratus, Magnus, Galdinus, Ioannes, Gerundus, Manſuetus, Marolus, Martinianus, Senator, Mona, Maternus, Simplicianus. Celſus puer, Venerius, Mirocles, Aquilinus præterea, Fauſtus miles, Fœlix, Geruaſius, & Prothaſius, Iulius, Matronianus, Nazarius, Nabor, Petrus, Robuſtianus, ac Victor martyres, Sabina, Matrona, Valeria, & Marcellina virgo, Ambroſij ſoror.
88 Papia † Auguſtino Summo Eccleſiæ doctore Lætatur, & Syro I. Epo, Anaſtaſio, Armentario,

rio, Criſpino, Ennodio, Epiphanio, Dalmatio, Damiano, Fœlice, Pompeio, Petro, Maximo, Iuuentio, Ioanne, Vrciſceno, ſanctiſſimis illius Eccleſiæ Epiſcopis. Nec non Guniforte Marty
89 re, & Honorata Virgine. Nouaria vero † Gaudet, Agapio, Gaudentio Epiſcopis, Laurentio præsbitero cum multis alijs pueris. Nouo-
90 comenſis Ciuitas, † Abundantio, Fœlice, Amãtio, Epiſcopis. Nec non Secundo, Licinio, Fidele, Carpophoro, & Seuerino martyribus, & Ioanne Meda ordinis Humiliatorum funda-
91 tore, Nec non liberata virgine. Cremona, † Ho
92 mo bono. Laus Põpeia † Baſſiano Epo. Suntq; quam plures ſanctiſſimi viri, quorum meminerunt ſcriptores iam dicti, Beda, Ado, Vſuardus, Surius, Mambritius in vitis Sanctorum, Sozomenus, Socrates, Bucchingerus in Hiſtorijs Eccleſiaſticis; Petrus Diacon. Leo Hoſtienſ. Bernardinus Corius, & Bernardus Saccus in Hiſtor. Ticinenſ.

Ad Burgũdiam tranſeundo, Flandriam, Brabantiam, Arteſiam, Hannoniam, Hollandam, Friſiam, omnemq; Belgiã; nam, & hæc loca ſanctiſſimis viris illuſtrantur. Calyſto enim Secun-
93 do Summo Pontifice gaudet Burgundia, † ac etiam S. Sigiſmundo Burgundiæ Rege, Gilberto, Blithmundo, Romano, Euſtaſio Abbatibus. Columbano, & Adone Monachis Luxouienſi-
94 bus. Gulielmo Abbate † Diuionenſe, Benigno
95 præsbytero. Gandaui adeſt, † vita, & miraculis clarus Bano, Gundualdus Epiſcopus, Liuinus Epiſcopus, Bertulphus, Ansbertus, Landoaldus præsbyter, Vulfrãnus Epiſcopus, Amãtius Diaconus, Vuinũalocus monachus, Ageltrudis virgo, ſancti Bauonis filia, & Amelber-
96 ga. Leodij, † Lambertus Epiſcopus Tungrenſis, Albertus Epiſcopus Rhemenſis, Vuolbodonus, Remaclus, Humbertus, Notgerus, Theodardus Epiſcopi Leodienſes. Mononus Eremi
97 ta, Maldeberta virgo † filia comitis Hannoniæ, Juliana virgo, & Oda vidua. Atrebatis, Vedaſtus Epiſcopus, Leodegarius Epiſcopus Auguſtenſis, Poppo Abbas, Gerinus, Ranulphus, Saturnina virgo, & martyr, Bertilia virgo. Apud
98 Lerinenſes † Varanus Epiſcopus, Marinus, Alſelmus, Agilulphus, Cono, Crapaſius, Abbates. Gummarus confeſſor, Vincentius præsbyter, Porcarius Abbas, cum quingentis alijs monachis, martyres. Apollinaris monachus. Vltraie-
99 cti, † Amandus, Vuillibrordus, Benignus, Fridericus, Gregorius, Radbodus, Albericus, Auf-
100 fridus, Epiſcopi. Namurci, † Gerardus Abbas, Adilia virgo. Alij etiam Belgiæ ſancti, Eligius Epiſcopus, Arnulphus Epiſcopus Sueſſio-
101 nenſis. Aldemburgi † in Flandria, Vuinocus, Vuandregiſilus Abbates, Relindis, Rectrudis Abbatiſſæ. Furnis, Vualburga virgo. Andaniæ,
102 † Begga vidua. Niuellæ, Yduberga † vidua.
103 Hannoniæ, † in Hasbanio, ſanctus Trudo, Giſſenus Epiſcopus, Addelinus Abbas, Libertus martyr, & Quinibertus, Lãbertus, Berlerius monachi, Aldegũdis virgo, Ragẽfreda, Aia, ſeu Agia Hannoniæ comitiſſa, Amelberga, Hiltrudis virgo, Vualdetrudis vidua. Similiter Landelinus Abbas, & Domitianus confeſſor.
104 In Phriſia, † Bonifacius, Lulgerus Epiſcopi: iſte enim Friſiorum, & Saxonum Apoſtolus, ille Germanorum appellatur. Eobanus Bonifacij Coepiſcopus, ſiue Cobanus, Adelarius, ſeu Adalarius Epiſcopus, Vuirtrungius, ſiue Vutringus, Vualterus, Adhalerus, Stricaldus, ſiue Stirchaldus, Hamuntius, ſiue Hamundus, Boſo, Vuaccarus, ſiue Vuattarus, Gundecherus, ſiue Gunderherus, aut Guntherus, Vuilliherus, Hildebrandus, Adolphus, & alij triginta nouem Monachi, Lebuinus confeſſor, dictus
105 Apoſtolus † Tranſiſalanæ. Bruxellæ in †
106 bantia, Bonifacius Lauſanenſis Epiſcopus, Gudila Virgo. Similiter in Brabãtia, Dympna, Vuiuina, Gertrudis, & Lutgardes, Virgines, &
107 martyres. Apud Louanium, † Verona virgo. Duaci, Amatus Archiepiſcopus Senonenſis,
108 Maurontius abbas. In Hollandia, † Aldebertus confeſſor apud Egmundam, & ibidem Hie-
109 ro presbyter, & martyr. In Geldria, † Vuerem
110 fridus monachus. In Arteſia, † Idaberga virgo. Boloniæ Vulmarus Abbas, longeq; alij plures, de quibus agunt Beda, Ado, & alij. Molanus in Indiculo ſanctorum Belgij, Io. Thritthemius de viris Illuſtrib. Sancti Benedicti. Iacobus Meyerus in Annalibus Flandriæ: Hadrianus Barlandus in Hiſtor. Brabantiæ: Democharis de ſacrificio miſſæ. Cornelius Kempius de Origin. Friſiorum. Gulielmus Paradin. de Antiquo ſtatu Burgund. Petrus Cratepolius de Epiſcopis Germaniæ. Cardinal. Baronius ad Martyrologiũ. Albertus Crãtius, Germanographus, & alij. Vbbo Emmius in Hiſtoria Friſica.

Supranarratos monſtraſſe ſufficiat ſanctos, nec enim omnium nomina, ſic aliud agentes perquirere potuimus, quorũ numerus ſine dubio longè maior exiſtit, illorumq; vitam cum ſancta militans Eccleſia, magno in honore habeat, illisq; reuerentiam exhibeat, qui in triumphanti exiſtentes, nos exaudiunt, præceſq; pro nobis Deo effundunt, non ſolum, vt à peccatorum nexibus ſeruemur incolumes, ſed ſi quando, peccatorum eorundem põdere grauemur (quod humanũ eſt) Spiritus ſancti gratia adiuti, reſurgamus, ac iuſtificemur, eorundemq; tutelarium ſanctorum Patrocinio ſubleuati, miſericordiæ gratiam conſequamur.

Magnæ igitur ſunt Catholici Regis diuitiæ, maximi Regnorum tituli, ſuprema nobilitatis ſtemmata, ſummæ prerogatiuæ, indicibilia virtutum encomia, ſed horum nulli, huic ſanctorum ordini, ac reliquiarum Theſauro, aliquid contra poni poteſt. Iddirco Rex Catholicus, & ſubditi omnes hac immarceſcibili gloria lętãtur. Benedictus ſit DEVS, & Dominus noſter,

qui,

qui, & Regem, ac ſubditos ſuos, tanta dignitate, ac priuilegio decorare dignatus eſt.

Sãctitas itaq; præcedit omnia. Ne autem in ambiguo aliqui laborent, qui Theologicarum Lectionum inueſtigationi non ità incumbunt, ſanctitatis definitionem, ex Theologis, ac etiã ex Philoſophis pertractabimus.

Prima definitio ea eſt: Sanctitas eſt ab omni peccato libera, & perfecta puritas. † Hanc tradidit Dionyſius. de Diuin. nominibus, cap. 12. quã ſequutus eſt Pelbartus à Themſuar in Roſario ſacræ Theologiæ, Tomo. 1. §. Spiritus ſanctus. verſ. Sed quare huic nomini.

Secunda apud Theologos definitio tradi-
111 tur, quòd Sanctitas nil aliud eſt, niſi † illa quę eſt virtus heroica, ideſt Diuina apud Philoſophos. vt voluit Franciſc. de Mairon. in lib. De virtutib.

Tertia datur definitio, quòd Sanctitas eſt
112 virtus, ſiue ſcientia faciens fideles, & † ſeruantes ea, quæ ad Deum ſunt iuſta. Hanc ex Andronico Philoſopho Peripatetico, refert & ſequitur D. Thom. de Aquino in 2. 2. q. 81. artic. 8. Pelbartus in Roſario. par. 3. in verb. Iuſtitia. §. 5. verſ. Quæritur quæ, & quot. Dominicus Nanus Mirabell. in Polyanthea. §. Sanctitas.

Quarta traditur definitio, quòd Sanctitas ſit
113 habitus, quo homines † inclinantur, ea omnia Deo tribuere, quæ Dei ſunt. Quam primo loco tradidit Plato. lib. 24. ſiue in Eutiphrone.

Quinta ibi tradita eſt ab eodem Platone,
114 quòd Sanctitas ſit hominis ad Deum † Amor, vel amicitia.

115 Sexta ab eodem, quòd Sanctitas eſt † Cura Deorum.

116 Septima eiuſdem, quòd † Sanctitas ſit vouendi, atq; ſacrificandi Deo, ſcientia.

Octaua, eiuſdem, quòd Sanctitas ſit, quędam
117 mercatura inter † Deos, & Homines.

Nona, & vltima traditur, quòd Sanctitas
118 ſit virtus Heroica, qua † homines fiunt Dij. & hæc traditur ab Ariſtotele lib. 7. Ethic. c. 1.

Sed agè breuius, quantum fieri poteſt, diſſeramus de qualibet ipſarum, generaliter dicentes, difficile, quoddam modo eſſe, veram ſanctitatis definitionem afferre, præſertim, cum clarum ſit, vnius rei, vnicam tradi oportere
119 † definitionem. Ariſtotel. Poſteriorum Analiticor. lib. 2. textu. 20. 32. 82. vbi etiam Auerroes.

Prima enim non modicam habet ambiguitatem, quia ſi poneremus pro conſtanti, non dari ſanctitatem peccato interueniente, nec ſanctum cum peccato; ſequeretur aduerſari dicto Auguſtini de Eccleſiaſtic. dogmatibus cap. 86.
120 Nullus (inquit) ſanctus, & Iuſtus † caret peccato, nec tamen ex hoc definit eſſe iuſtus, vel ſanctus, cum affectu teneat ſanctitatẽ. Nõ enim Naturæ humanæ vitibus, ſed propoſiti adiumento per Dei gratiam acquirimus ſanctitatẽ.

Et ideo veraciter, ſe omnes ſancti pronunciant peccatores, quia in veritate habent, quod plangant, & ſi non repræhenſione conſcientiæ, certè mobilitate, & mirabilitate præuaricatricis naturæ. Hæc Auguſtin. quod confirmat Hieronym. Aduerſ. Iouinian. lib. 2. pluribus exemplis comprobans, dicens præſertim. Dauid ele-
121 ctus ſecundum † cor Domini, qui omnes eius fecerat voluntates, & qui in quodam Pſalmo dixerat: Iudica me Domine, in Innocentia mea ingreſſus ſum, & in Domino ſperans non infirmabor. Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum. Poſtea tentatur à Diabolo, & poſt peccatum pœnitens loquitur. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Magnũ peccatũ magna vult deleri miſericordia. Hæc Hieronymus. Et ſi verum ſit ſine labe in vltimo vitæ exitu reperiri debere: iuxta illud Ioan. Apocalyp. cap. 21. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum.

Quoad ſecundam verò definitionem. Iſta nõ eſt definitio, ſed ſimilitudo potius quædam definitionis, quæ capi poteſt ex dicto Ariſtotelis, de quibus infra dicendum eſt, dum ad no-
122 nam definitionem reſpondebimus. Tũ † præſertim cum non conuertatur cum ſuo definito, nec cum illo conueniat, vt eſt neceſſe, & docet Auer. in lib. 2. poſter. 82. Non enim omnis exercens aliquam Heroicam virtutem eſt ſanctus, vt vnicuiq; intuenti pater. Et tantò minus ſubſiſteret hæc definitio, cum nullæ in ipſa diffe-
123 rentiæ † reperiantur, ex quibus, & Genere conſtare debet. Ariſtotel. lib. 1. Topicor. cap. 7.

Quoad tertiam. Hæc videtur melior, cum videatur habere ſua requiſita: conſtat enim ex Genere, & differentijs. loco enim generis eſt, virtus, vel ſcientia. Loco vero differentiarum, eſt fidelitas, & obſeruatio eorum, quæ ſunt iuſta apud Deum. Cum enim (vt Cicero in Hortenſio, docuit) Beati omnes eſſe velimus, quia
124 Beatitudo † ab omnibus amatur, vt inquit Auguſtin. de Trinitat. lib. 3. cap. 4. & latè Magiſter. lib. 4. ſententiar. diſtinct. 49. articul. 2. Ille beatus, ac ſanctus erit dicendus, qui illa obſeruauerit, quæ ſanctitatem inducunt: ſunt autem dum ea fiunt, quæ ad Deum ſunt iuſta, vt infra dicam.

Quoad quartam, quæ Platonis eſt, verè ipſa redolet Chriſtiani nominis Dogma, inſimul cũ alijs ſequentibus vſq; ad nonam excluſiuè, cõueniunt, vt ſtatim dicã. Quia DEO cõueniunt, quæ nobis immediatè ab ipſo proueniunt illa autem ſunt, quæ accepimus; ſcilicet, rationem, & mẽtem, Parentis noſtri ſimilitudinem abſq; vllo Angelorum, ac Cœlicolarum miniſterio. vnde hæc Dei ſunt, & idcirco habitus, quo ad reddendam Deo mentem, & rationem, homines inclinantur. ſanctitas eſt: & qui Deo reddit, quæ ab ipſo immediatè accipit, opus ſanctum operatur, & ſanctus appeliabitur. Vnde

dum

dum Plato ibidem dicit, Sanctitatem esse generis iustitiæ partem: nil aliud sibi voluit, quàm quòd cum vnum ex iuris præceptis, sit ius suum
125 † vnicuiq; tribuere. vt post Vlpianum in l. Iustitia. ff. de Iustit. & iur. voluit Imperator in §. Iuris. Inst. eo. tit. & ante eos Aristoteles lib. 5. Ethicor. dum quis quæ à Deo accepit, illi reddit, sanctitatis opus facit, quod redditionis illius partis iustitiæ existit.

Quòd verò ad quintam definitionem ab eodem Platone traditã, quòd Sanctitas sit Amor, vel Amicitia ad Deum. Hoc idem docuit Dominus noster IESVS CHRISTVS illi interrogãti, quod esset mãdatum magnum in lege? apud Matth. cap. 22. Respondens. Diliges Dominum
126 Deum † tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Et Marci. cap. 12. Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est, & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Ad interrogationem Legisperiti interrogantis, quid faceret, vt posset vitam æternam possidere ex traditione legis. Lucæ c. 10. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Quod antea dictum erat Deuteron. cap. 6. Quia charitas fundata est super beatitudine, cuius obiectum est Deus, & ideo charitas est
127 mutuus † Amor, siue Amicitia hominis ad Deum. vt dicit D. Thom. in 2. 2. q. 23. artic. 1. & hoc est, quod Apostolus dicebat ad Timothe. cap. 1. Finis præcepti charitas. Et idcireo charitas & dilectio Dei est illa, quæ operatur vltra omnes virtutes. Inde Augustin. in Ioan. c. 1. Dilectio sola (inquit) discernit inter filios Dei, & filios Diaboli. Signent se omnes signo Crucis: respondeant omnes, Amen: cantent omnes Alleluia, baptizentur omnes, intrent ecclesias, impleant parietes Basilicarum, non discernuntur filij Dei à filijs Diaboli, nisi charitate. Qui habent charitatem nati sunt ex Deo. Magnum indicium, magna discretio: quicquid vis habere, hoc solũ nisi habeas, nihil tibi prodest: Alia si nõ habeas, hoc habe, & implesti legem. Hæc Augustinus. Vnde concludam cum Bernardo in lib. de Diligendo Deum: O Iugum (ait) sancti Amoris, quod dulciter capis, gloriosè laqueas, suauiter præmis, delectanter oneras, forititer stringis, prudenter erudis. O fœlix amor, ex quo oritur strenuitas morum, puritas affectionum, subtilitas intellectuum, desideriorum sanctitas, operum claritas, virtutum fœcunditas, meritorum dignitas, præmiorum sublimitas. Hæc Bernardus. Hinc Augustinus contra Manichæos lib. 1. Si voluntatem (inquit) Dei, quisque desiderat, fiat amicus Deo: quia si voluntatem hominis nosse quisq; vellet, cuius amicus non esset, omnes eius impudẽtiam deriderent, non autem quisq; efficiatur amicus Dei, nisi purgatissimis moribus. Beatus enim, & sanctus ille efficitur, cum optima amicitia cum illo contrahi, qui omnium bonorum longè optimus est Deus. Ad quod concinit dictum Petri Blesensis. in lib. de Amicitia. Vera enim
128 (ait) Amicitia † inter bonos tantum oriri solet, & inter meliores proficere, inter optimos consummari. Concludamus igitur cum eodem Augustino de Moribus ecclesiæ Catholicæ lib. 1. cap. 25. dum inquit: Diligamus igitur Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente; quicunque ad vitam æternam peruenire proposuimus. Vita enim æterna est totũ præmium, cuius promissione gaudemus. Hęc Augustinus. Vnde sanctis Apostolis Christus inquit: Io. c. 15. Vos amici mei estis. Sanctus itaq; ille dicitur, qui recto, ac perfecto modo Deum amat; & sanctitas (vt Plato rectè ait) ad Deum sit amor, & amicitia. Amicitia verò ista, vt diximus, charitas in Deum appellabitur, sine qua
129 † quis est veluti æs sonans, aut Cymbalum tinniens, & nihil sibi prodest, vt Paulus ait, primæ Corinth. 13.

Quantum ad sextam, septimamq; definitionem, quarum prima dicit, q̃ sit Deorum Cura; Altera verò, quòd sit scientia vouendi, atq; sacrificandi Deo. Has duas ego credo in sanctis vitis, atque in sanctitate ipsa ingredi. Respicere autem illam curam, Dei Optimi Maximi cultũ, & quoad vota, & sacrificia, Religionẽ, & huc spectant, quæ dicit Marsilius Ficinus in argumẽtũ ad Platonẽ in Eutiphrone: Pieta-
130 tẽ præcedere ipsam † sanctitatem, & Religionem subsequi. Est enim pietas (inquit) Dei parẽtis agnitio. Sanctitas eius, quod Dei est, Deo agnito, retributio; Religio eius quod Deo redditum est, assidua meditatione, iustisq; operibus cum Deo ipso, indissolubilis religatio: vt meritò sapiens ille dixerit, Funiculum Triplicem difficile solui. Funiculum, inquam ex Pietate, sanctitate, Religioneq; connexum: Pietas sanctitatem excitat, Sanctitas pietatem confirmat, & sancit. Sanctitas quoq; religionem mouet. Religio religat sanctitatem: prius enim hoc, vel instinctu, vel inspiratione, vel admonitione opus est, quo Deum vnum nostrum esse parentem, fide indubia cogitemus, quam pietatem esse volunt. Cum quis ista concepit, mox omnem mentis, & rationis intentionem in Deum noscendum, amandumq; figit. Atq; hunc in cognoscenda, amandaque diuinitate frequentem intuitum sanctitatem, Mercurius quoque definit. Hæc Ficinus. Pietas autem in
131 Deum † principaliter est; vt testatur Hieronym. in Epistol. ad Paulinum. Cui adstipulantur dicta Ciceronis. lib. 2. de Natur. Deorũ. Pietate (ait) erga Deos sublata, fides etiam, ac societas Generis humani, vna excellentissima virtus, Iustitia tollatur, necesse est. Idcirco Apostol. 1. Timoth. cap. 4. dicit, q̃ pietas ad omnia

vtilis

vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Vnde Auguſt. de Ciuit. Dei. lib. 10. c. 1. Pietas quoq; (dicit) propriè Dei cultus
132 intelligi ſolet, quam † Græci εὐσέβειαν vocant, vbi dicit: Idcirco Deũ pium appellari. Ex pietate igitur ad diuinum cultum reducta, ſanctitas oritur, quæ religione completur. Eſt enim Religio virtus, per quam homines Deo cultũ,
133 † ac venerationem exhibent. vt ſcribit Bonauent. lib. 3. ſent. diſt. 9. art. 3. Tho. de Aquin. 2. 2. q. 81. art. 1. Antonin. Florent. in Sum. par. 4. tit. 5. cap. 7. ſequitur Viguerius in tit. de virt. iuſt. ca. 5. §. 5. verſ. 2. Vnde Bonauent. in loco ſupra allegato, dicit: Religionem eſſe virtutem, qua colitur, q̃ eſt ſuperioris naturæ. Sequitur Prierius in Summa §. Religio. nũ. 1. Dicitur autem
134 Religio † à Relegendo, vt docuit Cic. lib. 1. de nat. Deor. Qui (inquit) omnia, quæ ad cultũ Deorum pertinerent, diligenter pertractarẽt, & quaſi relegerent, ſunt dicti Religioſi, à relegendo. Hanc autem Religionem dictam à relegendo, declarari poſſe dicerem, quòd is, qui Religionem habere profitetur, cultus diuini libros, cæremonias, Regulas, & ſanctorum acta relegendo, Religioſus euadat. Vel à religan-
135 do † potius. vt inquit Lactant. Firma. libr. 4. c. 28. Hoc (ait) vinculo pietatis obſtricti Deo religati ſumus, vnde ipſa Religio nomen accepit. Et poſt pauca. Diximus (inquit) nomen religionis à vinculo pietatis eſſe deductũ; quod hominem ſibi Deus religauerit, & pietate cõſtrinxerit. Cui concinit Auguſt. de vera Relig. lib. 10. cap. 4. Religet (inquit) nos Religio vni omnipotenti Deo. Vnde Religionis ſcopus Deum reſpicit. Idcircò idem Lactant. libr. 3.
136 cap. 10. ait: Si Religio † tollitur, nulla nobis ratio cum cœlo eſt. & iterũ cap. 11. Cadunt ergo ad multiplices Religiones, ſed ideo falſas, quia ſapientiam reliquerunt, quæ illos docere poterat. Deos multos eſſe non poſſe: ſed aut ſtudent ſapientiæ, ſed ideo falſæ. quia religionẽ ſummi DEI, omiſerũt, qui eos ad veri ſcientiam, potuit erudire. Hæc Lactantius. Religio verò non eſt virtus Theologica, cum Deus non cõparetur religioni, vt obiectum, vel materia; ſed ſicut finis; ſed virtus moralis verſatur circa ea, quæ ſunt ad finem. Præfertur autem cunctis moralibus virtutibus; nã virtutes ordinantur ad proportionem ordinis præceptorũ, ſed præcepta concernentia religionem, tamquàm principalia, primo loco fuerunt poſita. Exodi. c. 20. Ergo, & ipſa religio moralibus proponenda eſt. Tanto magis, quia quæ ſunt propinquio
137 ra ad finem, ſunt meliora, † cum ſint propinquiora ipſi fini; nulla autem moralium virtutũ, ipſa religione eſt propinquior ad Deum, ergo ipſa religione, vlla virtus moralis eſt melior. In quantum enim ordinatur in honorem diuinum, quia operatur directè, & immediatè ipſa religio, vt dicit D. Tho. in 2. 2. q. 81. art. 6. & ità argumentatur Petr. de Arag. ad D. Tho. de Iu-
138 ſtit. & iur. in d. art. 6. Vnde † religio eſt idẽ Sãctitati: iuxta illud in Cantico Zacch. Luc. c. 1. Seruiamus illi in Sanctitate, & iuſtitia coram ipſo. Sed ſeruire Deo pertinet ad actũ religionis, ergo religio eſt idẽ Sanctitati. Quibus cõcinit D. Tho. in dicta 2. 2. q. 182. art. 3. Religio (inqt) & Sanctitas quamq̃ eſſentialiter idem ſint; Ratione tñ diſtincta ſunt, q̃ Sãctitate mens hominis applicat ſe Deo; Religione verò ei debitũ exhibet famulatum in his, quę ſpecialiter ad illius ſpectant cultum. Quem ſequitur Ant. Florentin. in ſumma. Parte 4. titul. 5. cap. 7. § 2. Vnde hinc dicitur Religionem operari debere, non ſolum per interiores actus, ſed etiam per
139 exteriores, & hi sũt, qui apud † Græcos vocãtur θρησκεία, ideſt, cultus diuinus, & λατρεία, ideſt exterior ſeruitus. Et prima reſpicit virtutes Theologicas, ſecunda vero actũ ſeruitutis, quę pertinet ad iuſtitiam, vt dicit D. Bonauent. lib. 1. Sẽt. diſt. 9. q. 2. artic. 3. Operatur autẽ religio per actus interiores, quaſi principales, ac p̃ ſe
140 ad religionem pertinentes; Exteriores † verò actus, quaſi ſecundarios, & ad interiores actus ordinatos. vt cõcludit D. Tho. in d. q 81. art. 7. probat hoc per illud Dauid. Pſ. 83. Cor meũ, & caro mea exultauerũt in Deũ viuum. Sed ſicut interiores actus p̃tinent ad cor, ità exteriores actus pertinent ad mẽbra carnis, ergo Deus colẽdus eſt, nõ ſolũ interioribus actibus, ſed etiã exterioribus. Hæc autẽ exteriora nõ exhibentur Deo, quaſi his indigeat, cum ſe ipſo ſit gloria plenus, & nihil à creatura adijci poſſit; ſed propter nos, quia pro hoc q̃ Deũ honoramus, ac teneremur, noſtro ſuperiori ſubijcimur, q̃ mens humana, vt Deo cõiungatur, indiget ſenſibiliũ manudictione, per illud Apoſt. ad Rom. c. 1. Quia inuiſibilia Dei, per ea q̃ facta ſunt, in
141 tellecta cõſpiciuntur. Et ideo † in diuino cultu neceſſe eſt aliq̃bus corporalibus vti, vt eis, quaſi ſignis q̃buſdã, mẽs hois excitetur ad ſpirituales actus, quibus Deo coniungitur; Et ad hunc finem exteriores actus requiruntur, non autem q̃ Deus ijs indigeat. Hinc Deum amico
142 non † indigere ſcribit Ariſtoteles Moralium Eudemiorũ. lib. 7. c. 16. Deus enim eſt ſua Beatitudo, & ſe ipſo ſolus Beatus. Ariſtotel. lib. 7. Politic. c. 1. Et principium primũ fœliciſsimũ eſt ex ſe ipſo. Idem Ariſtotel. lib. 12. Metaphyſ. c. 4. Eodem modo actibus iſtis nõ indiget, iuxta illud Dauid Pſ. 49. Nunquid mãducabo carnes Taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Sed exhibẽtur vti ſigna interiorum, & ſpiritualium operum, quæ pro ſe Deus acceptat. Hinc illud Auguſtini. lib. 10. de Ciuitat. Dei. cap. 5. Sacrificium viſibile, inuiſibilis ſacrificij ſacramentum, ideſt ſacrum ſignum eſt. Hæc in effectu concludit Tho. vbi ſupra. Actus autem
143 interiores ſunt duo, deuotio, † & oratio. Exteriores verò alij duo, adoratio, & ſacrificij

oblatio. vt dicit Raym. in verb. Religio. cap. 7. & ſeq. poſt D. Thom. in 2. 2. quæſt. 81. articul. 1. & 2. Ad deuotionem autem pertinent habere voluntatem ad exequenda illa, quæ ſunt ad diuinum cultum, & famulatum, ſcilicet ad honorem, & reuerentiam exhibendam. Oratione autem homo ſubijcit ſe Deo, & profitetur orando ſe indigere Deo, actore, & authore ſuorum beneficiorum. Adoratione verò exhibetur proprius religionis actus: per ſacrificiorum verò oblationem, reuerentia Deo exhibetur, qui actus eſt Religionis. Propterea illorum hæreſis confunditur, qui Latria Deum per ex-
144 ternos actus, nõ eſſe adorandum† cenſuerũt, & eijciendas ab Eccleſia Dei exteriores cæremonias. Contra quos ſcribit Auguſt. ad Ianuarium. Epiſtol. 118. Albertus Carpenſis contra Eraſmũ Rotherodam. lib. 6. Albertus Pighius. Controuerſ. 12. & Controuerſ. 13. Alphonſ. de Caſtr. contra hæreſes. in verb. Cantus. Conradus Brunus in libr. de cęremonijs. Stanislaus Oſius Cardinalis Varmienſis. de Confeſſ. Polonica. cap. 27. Tom. 2. Demotius de Inſtaurand. relig. lib. 9. Democharcs. de ſacrif. Miſſæ. c. 3. & 4. Latè. Petr. Arag. de iuſtit. & iur. q. 81. artic. 7. & nouiſsimè Concil. Trid. ſeſſ. 13. de reformat. c. 5. & Canon 6. vbi agitur de adoratione Euchariſtiæ. & facit cõtra Ioan. Oecolampadium. Paul. Gryſald. deciſ. Catholicar. in verb. Adoratio. in verb. Cæremonia. in verb. Latria. Vbi damnantur errores Eraſmi, Martini Lutheri, Ioannis Vuiclephi, Vualdẽſium, Pauperum de Lugduno, & Sectariorum, contra quos etiam agit Damian. Roſcius de Hęreſib. agnoſcendis. §. Adoratio. & §. Cæremonia. & in lib. de ſectis Hæreticor. §. Sectarij. & alibi pluries.

Sanctitas itaque habet pietatẽ præcedentẽ, & Religionem ſubſequentem, vt dictum eſt, ſub qua religione implicatur, & includitur, ſeptima Platonis definitio, quæ conſtat exhibitione votorum, & ſacrificiorum oblatione. Vo-
145 uendo enim, ac † orando petit; & ſacrificando, & ſacrificia offerẽdo, atque exhibendo, dat. Quid enim petit à Deo? ſe ipſum. Quid Deo dat? ſe ipſum. Ideam enim ſui, quæ in diuina mente eſt, petit. Dat verò naturam ſuam, quæ Ideæ particeps eſt. Quo verò ad octauam eiuſdem Platonis definitionem, quòd ſanctitas ſit mercatura inter Deos, & homines, Ità illa intelligenda eſt, non ad modum humanæ mercaturæ, ſed conuenit cum proximè dictis, vt homines orantes, Deo voueant, & petant, vt aliquid accipiant: Deus, orationes, votaque recipiat, Illi petita conſequentur, & proinde illi laudũ diuinarum Deo ſacrificia offerant.

Quoad nonam, ad vltimam definitionem ex Ariſtotele, quòd Sanctitas ſit virtus Heroica, qua homines fiãt Dij. Sub hac virtute Heroica
146 oportet includi † omnes virtutes morales, & eas, quibus quis poſſit Deus, ideſt ſanctus fieri; Et in hac virtute omnes prænarratæ continebuntur. Huc ſpectat illud Dauid Pſ. 81. Ego dixi Dij eſtis, repetitum à CHRISTO Ioan. c. 10. Homines autem fiunt Dij, & appellantur, qui non vt ſimplices homines moriuntur, ſed ſuſceperunt, ac intellexerunt Euangelium IESV CHRISTI, pro vt Petrus, & Paulus vocantur à Hieronymo in Epiſt. Paul. ad Galatas. cap. 1. & propriè Dij appellantur, qui Chriſti diuinita-
147 tem † intelligunt. vt dicit idem Hieronym. in Matth. cap. 16. Satis ſuperque quoad Sanctitatis definitionem hæc dicta ſunt.

Sed non erit tam alienum à Scopo, vt etiam antiquorum Gentilium errata recenſeamus: quorum enim memoriam laudare volebant
148 † Deos appellabant per quædam figmenta, ex Poetarum inuentis, vt docuit Lactantius. lib. 1. cap. 11. Quinimmo idem Lactantius lib. eo. cap. 15. aſſeruit: Deos appellare, ſiue ob virtutum excellentiam, ſiue ob adulationem præſentis potentiæ, ſiue ob beneficia, quibus erãt ad humanitatem compoſiti. Apud Romanos autem ex vitæ integritate, & ex quibuſdam cœleſtibus ſignis, quæ ſuperare naturam vide-
149 bantur, † poſt mortem in Diuos referebant; vt in C. Iulio Cęſare ſcribit Sueton. Tranquill. in eius vita. cap. penultimo. Perijt (inquit) ſexto, & quinquageſimo anno, & in Deorum numerum relatus eſt, non ore modo decernentium, ſed & perſuaſione vulgi: Siquidem ludis, quos primò cõſecratos ei hæres Auguſtus edebat, ſtella Crinita per ſeptem dies continuos fulſit. Hæc autem in Diuos relatio, potius diuinatoria eſt, quàm ad aliũ finem fieri apud eos ſolita erat. Quoad hæc autem dicere poſſumus, quod olim dixerit vnus ex Gymnoſophiſtarum Philoſophis. Is enim, interroganti
150 Alexãdro, quemadmodum ex mortali, † quis Deus euadat? Si quid fecerit, ille reſpondit, quod facere denegatum ſit homini: vt refert Plutarchus in Alexandro. Vel illud Hyarchæ Indorum Philoſophorum Principis, quem cũ Appollonius Thianeus interrogaſſet, qualẽ de ſe ipſis exiſtimationem haberent? Reſpondiſſe ferunt Hiarchã, Deos ſe eſſe opinari. Interroganti verò, quam ob cauſam ità purarent? quo-
151 niã † boni viri (inquit) ſumus. vt ſcribit Philoſtratus de vita Apollonij. lib. 3. c. 6. deridenda autẽ erat, hæc illorum ex ſeipſis Deificatio.

Secundum autem Theologos (poſtquàm de ſanctis ſermo incidit) dicere poſſumus illud, ꝙ opera illorum ſequũtur illos. Quia autem virtus Sanctitatis, ſumma fęlicitas eſt; tutiſſima ad eam obtinendam cordis puritas, & munditia exiguntur. Idq; non ſine autoritate: Vnumquodq; enim tãtò perfectus eſt, quantò magis
152 eſt proximus perfectiſſimo † Enti, q eſt Deus Benedictus, & maximè diſtat à ſuo oppoſito, vt cõcludit Plato in Parmenide. Eſt enim cõditio primi principij, vt ſit maximè perfectũ. In-

de

ſequitur magis, aut minus perfectum dici, per appropinquationem ad ipſum maximũ bo
153 num. Vndè cum diuina perfectio † conſiſtat in ſumma ſimplicitate, & puriſſima bonitate, omnimodam elongationem ab omni compoſitione, & malitia. vt inquit D. Thom. par. 1. q. 3. Sequitur hominem tunc bonum dici, ac perfectum, pro quanto in modo viuendi imitatur diuinam bonitatem, ac rectitudinem. Hanc verò imitari non poteſt, niſi puritate, & cordis munditia. Et hoc eſt, quod Chriſtus docuit Matth. cap 5. Beati mundo corde, quia ipſi Deum videbunt. Et ideo dicebat Dauid Pſalm. 17. Secundum puritatem manuum mearũ in conſpectu oculorum eius. Et idem docuit Apoſtol. ad Philippenſ. cap. 1. Vt ſitis ſinceri, & ſine offenſa in diem Chriſti. Hinc Petrus Epiſtol. 2. c. 3. ſinceram mentem excitat in nobis. Vnde Geneſ. c. 20. Excuſabat ſe apud Deum Abimelech. In ſimplicitate (inquit) cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. & ibidẽ Deus ſubſequitur. Et ego ſcio, quòd ſimplici corde feceris, & ideo cuſtodiui te, ne peccares in me. & Eccleſiaſtic. c 38. Ab omni delicto munda cor tuum. & Chriſtus Matth. ca. 23. munda prius, quod intus eſt. & hoc etiã dicebat Paul. 2. Corinth. c. 7. Mundemus nos ab omni inquinamẽto carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. Per cordis namque mun-
154 ditiam fiunt † amici Dei. de quo Salom. Prouerb. cap. 22. Qui diligit cordis munditiã propter gratiam laborum ſuorum, habebit amicũ Regem. Et huc ſpectat illa prima definitio ſanctitatis, quam ſupra ex Dionyſio retulimus; q̃ ſit ab omni peccato libera, & perfecta puritas. de qua puritate loquitur D. Thom. in d. 2. 2. q. 81. artic. 8. vbi dicit, quòd mens humana mundi illecebris, & inferioribus ijs non conſordeſcat. Sic etiam illud Plutarchi in lib. de cohibenda ira. In omnibus (inquit) illud Empedoclis magni ponderis, diuinumq; cenſeam, ieiunare à vitijs. Cum multis alijs quæ ſequuntur. Quibus concinit Iſaias c. 55. Derelinquat impius viã ſuã, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dñm. Vndè rectè orabat Dauid Pſ. 50. Cor mundũ crea in me Deus. Quod diſcurrens Io. Caſſianus de Monach. deſtinat. Collat. 1. cap. 1. cum pluribus ſeq. in perſonam Abbatis Moyſi. cap. 4. ait: Finis quidem noſtræ profeſſionis (vt diximus) Regnum Dei,
155 ſeu Regnum Cœlorum eſt: deſtinatio vero, ideſt ſcopus, puritas cordis, ſine qua ad illum finem, impoſſibile eſt quempiam peruenire. In hac igitur deſtinatione defigentes noſtræ directionis ob tutus, velut ad certam lineã, curſum rectiſsimũ dirigemus; ac ſi paululũ qd ab ea cogitatio noſtra deflexerit, ad contẽplationẽ eius illico recurrẽtes, rurſus eã, velut quadã norma rectiſsima, corrigemus, q̃ ſemp omnes conatus noſtros ad vnũ hoc reuocans ſignum, arguit ſtatim ſi à propoſito directionis mens noſtra, vel paululũ deuiauerit. Hæc Caſsianus.

Veritatis Chriſtianæ Doctores, duas cõſiderãt Beatitudines, ſpei vnam, rei alterã Realis,
156 & vera beatitudo, † in clara conſtat, ac perpetua Dei viſione, ac fruitione in patria. Spei autẽ in cõſtante, ac verò Dei cultu in via. Quæ nõ tam vera fęlicitas dici poteſt, quàm quædã veræ, & futuræ fęlicitatis expectatio. Spe quidẽ inchoatur; Re perficitur. Vna in tempore peregrinationis, altera in æternitate manſionis. Vna in labore, altera in requie. Vna declinat à malo, & facit bonũ, altera nullum habet à quo declinet, malum; & magnũ habet, quo fruatur bonum. Vna cum hoſte pugnat, altera ſine hoſte regnat. Vna flagellatur malis, ne extollatur in bonis, altera in plenitudine gratiæ, caret omni malo. Vna bona, & mala diſcernit, altera ſolũ q̃ bona ſunt cernit. Vna bona eſt, & adhuc miſera, altera melior, & omnino beata. Vna bene viuitur per gratiã, in altera beatè per gloriam, quam tñ quicunq; ſic habet, vt eius vſum referat ad illius finem, quem diligit ardentiſsimè, ac fideliſsimè ſperat, non abſurdè dici etiam nũc beatus poteſt, ſpe iſta, potius quàm re illa. De his Chriſoſtomus in Ioan. Homelia 55. inquit. Hæc relinquenda, illa permanſura: hæc tempore cõſumitur, & multis ſubiecta eſt periculis, illa perpetuò manet: hanc pauper ſibi comparare non poteſt, illam duobus Obolis, quis emere poteſt. Et hoc rectiſsimè præſentit Ouid. lib. 5. Metamorph.

Sed ſcilicet vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt, dicíq; beatus
Ante obitum nemo, ſupremaque funera, debet.

Hinc Petrarcha in Epiſtol. A morte hominis viuere incipit humanus fauor, & finis vitę, principium eſt gloriæ. Quam nobis concedat ſanctiſſima Trinitas, proq; nobis intercedant Sancti omnes apud Deum omnipotentem; Cui laus, honor, gloria, & imperium.

ARGVM. CAP. LXXI.

Magiſtratus Regij in ſtatibus Catholici Regis cognoſcunt caſus deſcriptos, qui videtur ſapere ſpiritualitatem, vel videntur Eccleſiaſtici. Diſcutiuntur ad longum caſus.

COMPENDIVM.

1 *Laici eccleſiaſtica negotia tractare non poſſunt.*
2 *Summus Pontifex cauſam eccleſiaſticam, vel ſpiritualem alicui Principi laico in dignitate poſito, committere poteſt.*
3 *Gregorius Summus Pontifex cauſas Simoniacorũ, & fornicatorũ Rodulpho, ac Bertoldo Ducibus commiſit.*

cultatem excommunicandi Pontifex dare poteſt, etiam laicis.

5 Cauſæ inter Epiſcopos Bellunenſem, ac Feltrenſem, & Cives Tarviſinos per Papam Sereniſſimo Dominio Venetorum commiſſæ fuere.

6 Rex Catholicus in Aragonia an cognoſcat ſuper prælatos exemptos?

7 Rex Catholicus, an in Regno Siciliæ habeat Tribunal Monarchiæ, cognoſcens cauſas Prælatorum?

8 An Rex, & ſui Magiſtratus cognoſcant de crimine læſæ Maieſtatis humanæ, cõmiſſo per clericos? nu. 9.

9 Senatus Venetus an cognoſcat contra clericos committentes crimen læſæ maieſtatis humanæ.

10 Intellectus Conſt. Regni. De perſonis. & ſub nu. 33.

11 Pœna criminis læſæ maieſtatis, an habeant locum ſolummodo contra ſubditos?

12 Clericus, an dicatur committere crimen læſæ maieſtatis, cum non ſit Principi laico ſubditus.

13 Intellectus Cle. Paſtoralis §. Rurſus de re iudic. n. 14

15 Clerici cives ſunt, & ciuium appellatione cõtinẽtur.

16 Sacerdotes ſunt pars Reipublicæ.

17 Domicilium habens in aliqua Ciuitate, dicitur eſſe illius Ciuitatis.

18 Forum quis ſortitur ratione patrati delicti.

19 Clericus committens crimen maieſtatis poteſt deponi, et actualiter degradari & tradi ſeculari Curiæ.

20 Præpoſiti opinio improbatur.

21 Verbalis depoſitio differt ab actuali degradatione.

22 Committens crimen læſæ maieſtatis in Regem Neapolis, & Siciliæ videtur committere in Pontificem & ſuam Sedem Apoſtolicam, cuius loco regit.

23 Degradatione quis efficitur Curiæ ſecularis.

24 Archidiacon. & Barbatiæ, & error.

25 Exemplis res obſcuræ clarescunt.

26 Dorieus Rhodius à Lacedemonijs maieſtatis damnatus.

27 Sanctus Deſiderius Epiſcopus Viennæ, Andij Epiſcopi Lugdunenſis, & Brunchildis Regina factionibus, iuſſu Theodorici Regis lapidibus obrutus.

28 Elizabetha Anglicæ Regina Tyrannis.

29 Qui pro fide martyres ab Elizabetha martyrio coronati.

30 Aegidius Rhemenſis Epiſcopus maieſtatis ſuſpectus ab Epiſcopis Iudicatus.

31 Pratextatus Epiſcopus Rothomagenſis à prouinciali Concilio maieſtatis inſimulatus, cognitus fuit.

32 Salonius, Ebrodus, & Sagittarius Vapingenſes Epiſcopi, maieſtatis Rei, à Concilio Lugdunenſi cogniti.

33 Sisbertus Archiepiſcopus Toletanus maieſtatis reus contra Flauium Egicam Regem, à Decimo ſexto Concilio Toletano cognitus.

34 Rex, & ſui officiales, an cognoſcant de cauſa perſonæ Eccleſiaſticæ laicum magiſtratum adminiſtrãte? nu. 36. 37 38. 39. 40.

35 Clericus Regium officium adminiſtrans, illius officialibus, quoad officium ſubditus eſt.

36 Clericus laicum officium adminiſtrans non cognoſcitur à Iudice ſeculari niſi trina monitione præcedente: & an vnica monitio publica pro tribus ſufficiat nu. 37 38 39 40.

39 Fori priuilegium, vt amittatur trina monitio requiritur.

41 Clericus quando puniatur ciuiliter per ſecularem Iudicem.

42 Clericus magiſtratus laicus à laico priuatur officio? num. 44.

43 Principis eſt magiſtratus creare.

45 Iudex ſecularis, an puniat clericum portantem arma.

46 In Gallia clericus repertus cum armis, punitur pœna pecuniaria per Iudicem laicum.

47 In Hiſpania eodem modo.

48 Sic etiam in Regno Neapolitano.

49 Clericus, an priuetur tantum armis à Iudice ſeculari.

50 Iudex ſecularis capit citra excommunicationem clericum portantem arma, ſi reſiſtat.

51 Clericus arma portans, quibus pœnis ſubiiciatur.

52 Clericus de nocte arma portans, quomodo capiatur à familia laici Iudicis abſque metu excommunicationis.

53 Clericus offendens officialem Regium an ab eo cognoſcatur?

54 Iudicis intereſt ſuam iuriſdictionem tueri.

55 Clericus vſurpans iuriſdictionem Regiam, an puniatur ab officialibus Regis?

56 Iudex ordinarius exercet ſuos actus contra impedientes ſuam iuriſdictionem.

57 Iudex enſe, & armis iuriſdictionem ſuam tuetur.

58 Regij magiſtratus in Hiſpania cognoſcunt de vi, & iniurijs factis inter perſonas eccleſiaſticas. n. 59. 60

59 Sic etiam in Regno Neapolis fieri ſolet. nu. 60.

60 Et in Delphinatu.

61 Clericus exercens cauponam, aliamue artem ſordidam, perdit priuilegium clericale.

62 An requiratur monitio, vt procedat prædicta opinio, vt dicatur exutus priuilegijs clericalibus?

63 Clericus actu degradatus, an cognoſcatur à Iudice laico?

64 Degradatio in quibus caſibus ſit remiſſiua.

65 Facta degradatione, & tradito Curiæ ſeculari clerico, an poſſit de meritis principalis inquiſitionis cognoſcere? num 67 68.

66 Lites ex litibus oriuntur.

69 Degradato tradito, an cognoſcat laicus de nullitate ſententiæ prolatæ?

70 Iudex ſecularis, cui degradatus eſt traditus, an cognoſcat de nullitate?

71 Iterans ſacramentum ordinis incurrit indiſpenſabilem irregularitatem, in ſacramentis ordinum.

72 Iudex laicus, an Epiſcopo negligente, ipſe cognoſcat?

73 Prælatus, vel clericus habẽs Feudũ à Principe laico, cauſa feudi corã ſuis officialibus tractãda eſt. n. 77.

74 Intellectus c. Regni. Item ſtatuimus quòd clerici.

75 Eccleſia tenens feudum, tenetur obſeruare omnia, quæ obſeruant alij vaſſali.

76 Iudex ordinarius feudi, eſt Dominus, licet inueſtitus ſit clericus. num. 77.

77 Iudex laicus Domini inueſtientis cognoſcit contra clericum feudatarium, ciuiliter ad feudi amiſſionem, non autem criminaliter.

78 Clerici Schiſmatici, & incorrigibiles cognoſcuntur à Rege, & ſuis officialibus laicis, ſi præcedat monitio nu. 79.

80 Clerici Hiſtriones, Paraſiti, Scurræ, Ioculatores, ludis ſe exercentes per annum, ſi intra annum tertiò moniti, non reſipuerint, cognoſcuntur à Iudicibus laicis.

81 Hiſtriones ac mimi ludibria facientes, & publicè in ſcenam prodeuntes ludicræ artis cauſa, infames ſunt. nu. 82.

83 Hiſtriones, & ſimiles in Theatro in 14. ordinibus non ſedebant.

84 Clericus verbaliter depoſitus, & tamquàm incorrigibilis excommunicatus, & anathematizatus à Iudice ſeculari cognoſcitur.

85 Clericus Apoſtata habita relicto immiſcens, ſe enormibus à laico Iudice comprimitur.

86 Nominum ignari de facili paralogizant.

87 Nominis præcognitio ante omnia eſt neceſſaria, alias fruſtra ſit aditus ad ſcholas.

88 Apoſtaſia quid eſt?

89 Apoſtaſiæ tres ſpecies.

90 Apoſtata fidei punitur pœnis hæreticorum.

91 Apoſtatare à fide, quis verè dicatur.

92 Fidei deſertores tãquàm hæretici ſeuerius puniuntur.

93 Apoſtatæ non teſtantur, & quinquennio poſt eorum mortem contra eos proceditur, & priuilegijs exuuntur. nu. 94.

95 Apoſtaſiæ crimen capitale eſt.

96 Iuliani Apoſtatæ Imperatoris acta.

97 Apoſtatæ volentes redire ad fidem recipiuntur.

98 Abnegantes fidem apud Turcas, ſi conuertuntur, vt pœnitentes, recipiuntur.

99 Apoſtaſiæ obedientiæ quæ?

100 Apoſtaſiam obedientiæ incurrit, non obediendo ſacris Canonibus.

101 Apoſtaſia durante à teſtimonio repellitur.

102 Apoſtaſia Religionis, ſiue ordinis dum clericus, omiſſo habitu, & tonſura, in ſacris ordinibus exiſtens apoſtatatur.

103 An eo caſu, requiratur monitio trina?

104 Clericus in minoribus conſtitutus, nec obtinens beneficium Eccleſiaſticum, abſque peccato habitum dimittere poteſt.

105 Religioſus clauſtralis temerariè habitum Religionis dimittens, ac vitam ſecularem aſſumens eſt excommunicatus.

106 Monachus habitum dimittens, illum non reaſſumẽs, captus, carceri mancipatur. num. 108.

107 Apoſtata minimè dicitur, qui lætitate habitum dimiſit, nec ad ſeculum ſe totaliter conuertit, nec animum religionis omiſit.

109 Clementis Octaui Summi Pontificis conſtitutio, quoad Religioſos reformatorum.

110 Apoſtaſia vna eſt, ſed diuerſis modis committitur. In definitione Apoſtaſiæ eſt genus, & differentia.

111 Vnum ſecundum definitionem ſunt vnum numero, & non plures.

112 Apoſtaſia pluribus modis committitur.

113 Ieſus Chriſtus, quando poteſtatem dedit Petro.

114 Paſcere in ſacra ſcriptura, Regere ſignificat.

115 Paſtor in ſcriptura, Rex, & Princeps denotatur.

116 Chriſtus omnem poteſtatem habuit.

117 Lex cuſtodienda eſt.

118 Pontifici, eiusq; legibus non obtemperans, illi infidus, inobediens, & Apoſtata eſt.

119 Clerici ſunt in ſortem Domini electi.

120 Ordinandi, & ſacros ordines conferendi poteſtas, Epiſcoporum eſt.

121 Clericus aſſaſsinus, an à iudice laico debeat cognoſci, & puniri? & quid ſi clericus ſit mandans? & quid ſi mandatarius? nu. 122.

123 Clericus homicida ſimplex, à quo cognoſcatur, & quid in Sereniſsimo Dominio Veneto?

124 Clericus aſſaſsinus ad eccleſiam confugiens extrahitur, quia ei priuilegium non proderit.

125 Homicida triplex, eccleſiæ immunitate non gaudet, occidens in eccleſia, occidens veneno, & occidens proditoriè.

126 Homicidium proditoriè cõmitti quomodo dicatur?

127 Homicida Proditorius apud Hiſpanos, is eſt, qui retro, non facie ad faciem hominem occidit.

128 Itinerum inſidiatores, agrorum depopulatores, ſacrilegi, alijq; in Eccleſia delinquentes, occidentes clericum, alijque enumerati, immunitate Eccleſiæ minimè gaudent.

129 Raptores, Adulteri, læſæ Maieſtatis rei, publicorum tributorũ debitores, & priuatorũ, Curiales, apparitores, & alij immunitate Eccleſiaſtica nõ gaudent.

130 Eccleſia facinoroſorum, ac peruerſorum hominum non debet eſſe refugium.

131 Publicæ quieti non conuenit, vt delicta impunita remaneant.

132 Tiberius Cæſar omnia Aſylorum loca aboleuit.

133 Qui ab Eccleſia extrahuntur, ſine licentia Epiſcopi non ſit.

134 Quoad latrones, & viarum effractores inter Summum Pontificem, & miniſtros Regios inhita eſt cõuentio, vt è monaſterijs, & Eccleſijs extrahantur.

135 Salomon à cornu altaris euelli, ac occidi iuſsit Ioab.

136 Lacedemonij Pauſaniã, cũ vellent occidere, & ille confugiſſet in Aſylum in templo Palladis, muro templum circundederunt, & occiderunt fame, & ſic fraude omnia impleuerunt.

137 Cramnus Clotharij Regis filius Auſtrapium Ducem ingenia in templo Diui Martini, mori fecit.

138 Vuiliacharius, ſiue Vulcarius Aquitaniæ Dux, cum confugiſſet ad templum Diui Martini Turonenſis, ibi, vt ipſum concremaret idem Clotharius flammis Eccleſiam incendit.

139 Immunitatem Eccleſiaſticam labefactantes in maximo rerum diſcrimine ceciderunt.

140 Laicus cognoſcit clerici cauſam, dum id facit præſente ſuo Epiſcopo, & nihil dicente. num. 141.

142 Regij Magiſtratus cognoſcunt de infringente, ſecuritatem, vel ſaluaguardiam ab ipſo conceſſam.

143 Clericus violator pacis tenetur ad pœnam pecuniariam, ad quam condemnatur per Epiſcopum, & datur domino temporali, non tamen exequitur in bonis mobilibus.

144 *In Gallia etiam in bonis mobilibus clerici datur iudici laico manus iniectio.*

145 *Clericus falsarius litterarum Apostolicarum, ab ecclesiastico* Iudice *degradatus, officijs, ac beneficijs priuatus, laicis iudicibus datur puniendus.*

146 *Falsarius etiam vnius puncti in litteris Apostolicis, sic condemnatur.*

147 *Clericus coniugatus sine habitu, & tonsura delictum committens, priuilegio exutus, à Iudice laico punitur.*

148 *Clerici coniugati regulariter gaudent priuilegio clericali in causis ciuilibus, & criminalibus, & canone, si quis suadente.*

149 *Clerici coniugati, vt priuilegio gaudeant, habitum, & tonsuram congruentem ferre debent.*

150 *Clerici coniugati carcerantur pro debito ciuili.*

151 *Clericus coniugatus, vt priuilegio clericali exuatur, an trina monitio requiratur.*

152 *Intellectus Prag. Regis Ferdinandi primi.* Incip. *Nuper ad Maiestatem nostram. sub tit. de cleric. & diacon. saluat.*

153 *Clerici coniugati, vt priuilegio gaudeant, debent abstinere ab ijs, quæ prohibentur clericis non coniugatis.*

154 *Clericus coniugatus debet habere vnicam, & virginem.*

155 *Probatio, quòd clericus coniugatus acceperit vnicam, & virginem debet fieri, sed interim manet carceratus coram seculari.*

156 *Clericus in minoribus constitutus non incedens in habitu, & tonsura, videtur minores ordines reliquisse, & à laicis Iudicibus cognoscitur. nu. 157. & quid prouisum sit Concil. Trident. nu. 158.*

159 *Const. Clementis VII. Summi Pontificis, quoad clericos minores Regni Neapolitani. nu. 160.*

161 *In Comitatu Ruscinonensi, clericus in minoribus constitutus coram laico Iudice conuenitur.*

162 *Vestium clericalium, nullus à iure stabilitus modus.*

163 *Vestes, & habitus clericorum qualis esse debet. nu. 164. 165. 166.*

166 *Vestis clericorum qualis, ex Hieronymo.*

167 *Quoad supradicta optimè scripserunt Ianus Langlæus, & Renatus Choppinus.*

168 *Clerici comam nutrire non debent, & tonsuram in capite gerant.*

169 *Tonsura parua in sũmitate capitis facienda non est.*

170 *Clericus, qui comam relaxauerit, Anathema est.*

171 *Rasura capitis quomodo fieret in scriptura veteri sacra.*

172 *Nazaræus sanctus interpretatur, alijsq; modis.*

173 *Seruire Deo, regnare est.*

174 *Summitas capitis, eminentia mentis: denudatio capitis, reuelatio mentis dicitur.*

175 *Sacerdotes Aegyptij, omnes capillos, ac pilos radunt, præter illos, qui nobiscum nascuntur, vt palpebræ.*

176 *Flamen Dialis liber capillos detondebat, seruus minimè.*

177 *Tonsura libidinum abiectionem designat.*

178 *Equarum libido extinguitur, tonsa tuba.*

179 *Capilli libertorum apud Romanos tondebantur in libertatis symbolum.*

180 *Tonsura, an inter sacros ordines numeretur? n. 181.*

181 *Septem ordines sacri, an sint secundum septiformem Spiritus sancti gratiam. nu. 182.*

182 *S. Ignatius discipulus sancti Ioannis Euangelistæ.*

183 *Ordines sacros conferre volentes orabant, & ieiunabant.*

184 *Nouem ordines, an sint secundum Canonistas.*

185 *Nouem sunt Angelorum chori.*

186 *Sacerdotes Angeli dicuntur.*

187 *Ordines sacri possũt aptari ad gratias gratis datas.*

188 *Psalmistatus, siue prima tonsura non ordo, sed principium, siue dispositio ad ordines.*

189 *Ordines mĩnores non esse sacros, sed ministerium ad sacros, censuit D. Thomas.*

190 *Tonsuram esse derisibilem falsò censuerunt Ioannes Wuicleph, & Martinus Lutherus Haretici.*

191 *Tõsura clericalis, etiam Apostolorum tempore fuit.*

192 *Clericus, qui habuit duas vxores, siue Bigamus à Iudice seculari cognoscitur.*

193 *Clericus vnicam, & virginem habere potuit, vt ordines sacros suscipere valeat.*

194 *Qui plura coniugia frequentauit, castitatis hortator esse non potest.*

195 *Bigamia, quo modo dicatur contracta? nu. 196. 197. 198. 199.*

200 *Clericus, & Religiosus hæreticus, officio, ac beneficio ecclesiastico nudatus, curiæ seculari datur puniendus, nisi deprehenso errore statim sua sponte ad fidei Catholicæ vnitatem redierit. nu. 201.*

202 *Omnis hæreticus cognoscitur à Iudice Ecclesiastico, tamen semper Curiæ seculari traditur puniendus.*

203 *Degradationis forma remissiuè.*

204 *Clericus deponens falsum coram Iudice temporali, an ab ipso puniatur? nu. 205. 206.*

207 *Iudex ecclesiasticus an faciat inhibitionem Iudici laico sub pœna excommunicationis, vt clericum remittat?*

208 *Clericus capitur per laicum interueniente Episcopi mandato.*

209 *Captura si fiat clerici per laicum fit statim consignatio Iudici ecclesiastico.*

210 *Clericus suspectus de fuga, tam pro debito, quàm pro causa criminali, an capi possit à Iudice laico? nu. 212. 213.*

211 *Clericum capit laicus, ratione proprij, ac priuati interesse.*

212 *Iudex laicus Regius, an intromittat se in causis possessorij beneficiorum ecclesiasticorum. n. 215. 216. 220. 219. 230. 231.*

214 *An in Regno Neapolitano? nu. 21.*
Intellectus c. Regni. Ad Regale fastigium.
Intellectus c. Regni. Charitatis affectus.
Intellectus c. Regni. Finis præcepti charitas.
Intellectus c. Regni. Omnis prædicatio.

217 *Possessorium causæ spiritualis, non est spirituale.*

218 *In Ciuitate Florẽtina etiam seruatur, vt Iudex laicus cognoscat de causis possessorijs beneficiorum.*

219 *Hoc idem seruatur in Gallia.*

221 *Et in Camera Imperiali.*
222 *Et in ſtatu Mediolani.*
223 *Et in Ducatu Sabaudiæ.*
224 *Item vbique gentium.*
225 *Et in Sereniſſimo Dominio Veneto.*
226 *Iudex ſecularis, num ſe intromittat nomine poſſeſſoris in poſſeſſorio recuperandæ, & retinendæ, num autem adipiſcendæ? nu.227.*
228 *Et ſic etiam obſeruatur in Luſitania.*
229 *Laici, qua ex cauſa in poſſeſſorijs beneficiorum ſe intromittunt.230.231.*
232 *Iacobus Aldobrandinus Nuncius Apoſtolicus in Regno Neapolitano.*
233 *Clemens Octauus Summus Pontifex ob oppoſitiones ab authore factas, fecit primam ſuam Conſtitutionem in materia negotiationis illicitæ.*
234 *Clerico minori, an detur tutor, vel curator à Iudice laico? nu.235.236.*
237 *Clerici ad tutelam, vel Curam gerendam ab Epiſcopo coguntur.*
238 *Clericum relinquens tutorem vel Curatorem in ſuo teſtamento, an ſicut olim, ſic hodie careat eccleſiaſtica ſepultura? nu.239.*
239 *Intellectus c. Neq; 88. diſtinct.*
240 *Clericus depoſitarius, an cogatur per Iudicem temporalem ad depoſiti exhibitionem?*
241 *Clerici emancipatio, an fiat coram Iudice laico?*
242 *Emancipationis actus, an ſit ſolius patris?*
243 *In emancipatione, an requiratur filij conſenſus?*
244 *Emancipatio eſt actus voluntariæ iuriſdictionis.*
245 *Emãcipatio coram competenti Iudice facienda eſt.*
246 *Inſinuatio requiritur in donatione excedente quingentos aureos.*
247 *Si ſit donatio vltra ſummam aureorum quingentorum clerico, an inſinuatio fiat corã Iudice laico?*
248 *In facienda inſinuatione, an requiratur decretum?*
249 *An ſufficiat abſq; decreto, Iudicis tantum authoritas in inſinuatione?*
250 *Inſinuatio coram quocunq; Iudice fieri poteſt. ſed vide. nu.251.*
In bonis mobilibus, & ſe mouentibus clericorum per Iudicem laicum, an fiat executio?
251 *Bona mobilia, & ſe mouentia clericorum ſunt illis acceſſoria, & illorum perſonas ſequuntur.*
253 *Bona mobilia clericorum, eorũdem clericorum prærogatiua gaudent.*
254 *Clerici non debent fame perire.*
255 *Bona clerici, quæ tenet gratia negotiationis, exequuntur per laicum Iudicem.*
256 *Trina monitio an requiratur, vt poſſint bona clericorum gratia negotiationis, exequi? nu.257.258.*
258 *Monitio trina requiritur, quoad perditionem priuilegij, quoad omnia bona.*
259 *Clerici bona exiſtentia in domo conducta, an exequantur per Iudicem laicum.*
260 *Clericus hæres laici, quando teneatur coram Iudice laico litem proſequi. nu.261.263.264.265.266.*
261 *Minor ſuccedens maiori, an vtatur priuilegio ſuo, quoad forum in lite agitata cum defuncto, & alte-*
ro? num. 263.
267 *Clericus author laudatus ab aliquo, cui fuit mota lis coram Iudice ſeculari, an teneatur proſequi litem coram ſeculari, an vero variet forum ex perſona ſua. num.270.271.* (cãtis.
268 *Venditor tenetur defendere emptorem in foro vo-*
269 *Author laudatus apud Gallos vocatur Garendum.*
272 *Intellectus Prag. Dubitationem.*
273 *Clericus an reconueniatur corã Iudice laico? n.275.*
274 *Intellectus ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 67.*
276 *Clericus, qui perpetrato delicto ſuſcepit clericatũ, quando conueniatur coram ſeculari iudice? nume. 277.278.279.*
280 *Votum habuiſſe aliquem de ſuſcipiendo clericatu, an ſtetur ſuo iuramento?*
281 *Clericus pro graui delicto, an poſſit banniri per Iudicem laicum? num.282.*
283 *Clericus, num à iudice ſeculari cogatur reparare domum minantem ruinam.*
284 *Vrbis aſpectus non deformandus.*
285 *Clericus repertus in flagranti crimine poteſt capi per iudicem laicum, & conſignari iudici Eccleſiaſtico. ſed vide. nu.286.*
287 *Iudex ſecularis, an inhibeat Iudici eccleſiaſtico, ne turbet eum in ſua iuriſdictione, & è contra. nn.288.290.*
289 *Inhibitio quid ſit?*
291 *Concilium collaterale facit litteras hortatorias Regias iudicibus eccleſiaſticis, non tamen inhibet.*
292 *Iudex laicus cognoſcit, an agens ſit periurus?*
293 *Iudex laicus cogit ad obſeruantiam iuramenti.*
294 *Laicus Iudex cognoſcit de iuramento appoſito ſuper contracta ſimulato.*
295 *Iudex ſecularis poteſt punire periurum pœna iuris ciuilis.*
296 *Periurij cauſa, an ſit merè eccleſiaſtica?*
297 *Iudex laicus cognoſcit, an abſolutio à iuramento obreptis, vel ſubreptis precibus fuerit impetrata.*
298 *Iuramentũ an poſſit remitti, à parte partis? nu.299.*
300 *Periuria, quæ ex contractu proueniunt, criminaliter non puniuntur, niſi quis circumueniatur.*
301 *Intellectus Conſt. Regni. Cum iuxta prouidum.*
Intellectus Conſt. Regni. Eos, qui ſcienter.
302 *Intellectus ritus 171. magnæ Curiæ Vicariæ.*
303 *Periurij inſtrumentalis pœna in Regno, quæ?*
304 *Clericatus, an cognoſcatur per Iudicem laicum. nu.306.308.309.*
Clericus quis minimè naſcitur.
395 *Clericatu pendente, an quis ſit clericus, interim Iudex laicus nihil innouabit. nu.307.*
310 *Laicus Iudex ſummariè ſe informat de clericatu.*
311 *Veſtes, & habitus, an ſint clericales ad laicum Iudicem cognoſcere ſpectat.*
312 *Ordines, & illorum collatio, qualiter ſunt prbandi?*
313 *In hæreſis crimine laicus Iudex ſe intromittere nequit.*
314 *Hæretici traduntur puniendi Curiæ ſeculari.*
315 *Bona ſubditorum laicorum hæreticorum, an laico ſuperiori debeantur? nu.316.*
317 *Cuius ſunt bona hæretici in Hiſpania. nu. 318.319. 321.*

320 *Phi-*

320 *Philippi II. Regis Catholici de exterminandis Hæreſibus publicum iuramentum.* (tici?

322 *Quid in Regno Neapolitano, cuius ſunt bona hære-* *Intellectus. Conſt. Regni. Inconſutile.*

323 *Intellectus. Conſt. Regni. Patarenorum,*

324 *Cuius ſunt bona Hæretici in ſtatu Mediolani.*

325 *Quid in Sereniſſimo Venetorum dominio?*

326 *Quid in Ducatu Sabaudiæ?*

327 *Quid in Ducatu Ferrariæ?*

328 *Quid in Ducatu Mantuæ?*

329 *Quid in Marchionatu Montisferrati?*

330 *Clerici hæretici bona, confiſcanda ſunt ab eccleſia.*

331 *Bona hæretici, commiſſo crimine dicuntur cõfiſcari, facta tamen prius declaratione per Iudicem eccleſiaſticum. nu. 342.*

332 *Laici Magiſtratus, tunc exequuntur in bonis hæretici, quando eſt facta declaratio per Iudicem eccleſiaſticum.*

333 *Sacrilegium eſt crimen Eccleſiaſticum aut ſaltem mixti fori. nu. 334.*

335 *Vſura, an ſit crimen eccleſiaſticum, an mixti fori. nu. 336. 337 338.*

339 *Intellectus Conſt. Regni. Vſurariorum.*

340 *Intellectus Prag. Caroli V. vſurariorum.*

341 *In crimine vſurarũ, an procedatur deſiſtente parte?*

342 *Laicus debitor, an in eccleſia capi poſſit. nu. 343.*

344 *Clericus exercẽs aduocationis officium coram laico, de ſuis exceſsibus ab illo cognoſcitur.*

345 *Captus à Iudice laico, ab eo aufugiens ad eccleſiam, an poſsit inde extrahi?*

346 *Principium capturæ attenditur, an licitum fuerit.*

347 *Clericus vendens frumentum, vinum, & oleum, cum falſis ponderibus, & menſuris, an à Iudice laico cognoſcatur?*

348 *Cauſa decimarum ad quos Iudices ſpectet?*

349 *Rex Catholicus in Hiſpania habet inueſtituram decimarum?*

350 *Rex, & ſui Magiſtratus in Regno Neapolis, an cognoſcant de cauſa decimarum?*

351 *Clerico Venatori, aut Piſcatori laicus Iudex eripiet Canes, aues, retia, & ſimilia.*

352 *Clericus tenens magiſtratum, vel officium à Rege, vel Principe laico, ſi appellatur ab eo, ad officiales Regis, & Principis appellabitur.*

353 *Clerici, ac ſacerdotes prætendentes honoraria, & ſalaria in funere defunctorum facta coram laico, nõ eccleſiaſtico Iudice vocabunt laicos, vel hæredes.*

354 *Clerici pro actionibus realibus coram laicis iudicibus agitabunt, maximè in Regno Nauarræ.*

365 *Clericus petens legatum piũ, an apud laicum Iudicem conuenire teneatur?* (bitur.

356 *Actio ſepulchri violati, coram laico iudice tracta-*

357 *Pro ſepulchro violato, agitur actione iniuriarum.*

358 *Pro ſepulchro violato pœna vlla irrogatur, niſi quòd geſta irritantur.*

359 *Violatoribus ſepulchrorum, quæ pœna?*

360 *Violati ſepulchri cauſas author egit.*

361 *Intellectus Conſt. Regni. Si quis aliquem occiſum.*

362 *Cadauera punitorum dantur eccleſiaſtica ſepultura, aliquibus tamen interuenientibus.*

363 *Damnatorum cadauera, vt dentur eccleſiaſticæ ſepulturæ debent oſtendiſſe in patibulo, & dum mor ti traderentur, ſigna pœnitentiæ.*

364 *Cadauer damnati recipi, aut ſepeliri non poteſt, licentia Principis non præcedente. nu. 365. 384.*

366 *Pilatus cõceſsit corpus Ieſu Chriſti Domini noſtri.*

367 *Princeps non de facili concedere debet, vt læſæ maieſtatis damnatorum cadauera, recipiantur, & ſepulturæ tradantur.*

368 *Cadauera latronum inſignium, & diſrobatorum ſtratarum, non debent ſepulturæ concedi.*

369 *Petitio Corporis Domini Noſtri IESV Chriſti, ad quem finem facta fuerit.*

370 *Corpora, & Cadauera apud Hæbreos non debent ſtare Sabbato.*

371 *Iezabeli Reginæ, comminatio facta, quòd nemo eam ſepeliret.*

372 *Facinoroſi ſepultura aſini ſepeliebantur.*

373 *Apud Hebræos corpora ante ſolis occaſum, ac Veſperi accipiebantur.*

374 *Cadauera punitorum, ſepulturæ dantur Principe, vel eius vices gerente, concedente.*

375 *Magiſtratus Regij in Regno Neapolitano, quomodo cognoſcant de exceptione excommunicationis. num. 376.*

377 *Excommunicationis exceptio diuerſimodè opponi poteſt, coram eccleſiaſticis, & laicis Iudicibus.*

378 *Iudex ſecularis non decernet excommunicationem eſſe validam, ſed tantum an ſit excommunicatus; & hoc ſummariè conſtito, illum repellere debet. nu. 379. 380. 381.*

383 *Excommunicatus an poſsit eſſe Arbiter, vel Arbitrator.*

282 *Excommunicationis exceptio opponitur contra Iudicem. Et contra actorem. nu. 384. 385. Et contra Procuratorem. nu. 386. Item contra Aduocatum, nu. 387. Atq; contra teſtem 388. Et tandem contra eum, qui vellet liquidare inſtrumentũ. nu. 389.*

CAP. LXXI.

1 DEcernimus (inquit Põtifex in Concilio) vt laici, † Eccleſiaſtica tractare negotia non præſumant. cap. 2. de Iudic. vt latè diſſerui de Compromiſſ. §. 2. gloſſ. 1. nu. 72. cùm pluribus ſeq. Diuerſa enim, ac ſeparata eſt Iuriſdictio Spiritualium, & Eccleſiaſticarum cauſarum à Iuriſdictione, Laicorum; vt latè dixi ad Bellugam in Specul. Princip. Rub. 6. in verb. à cœleſti maieſtate. & Rub. 11. §. Videndum in verb. Probemus, nouiſsimè Ludouic. Carbon. de legib. lib. 9. cap. 14. quia iuxta illud Virgil.

Diuiſum Imperium, cum Ioue Cæſar habet.

Sunt tamen nonnulli caſus, de quibus, aut de iure, aut de facto cognoſcunt Magiſtratus Regij, alijq; iudices temporales, quos maiori ex parte, veluti quandam ſummulam horum faciẽ do, recitabo, qui tales erunt relatiuè illos portando, ſemper tamen ſanctæ Eccleſiæ iudicio illos ſubijciens, vt probanda probet, & reijciẽ; da conculcet.

Pri-

Primus ante omnes ille ſe caſus offert, quòd quamuis cauſa ſit ſpiritualis, vel ad Eccleſiaſticum Iudicē pertineat; ex aliqua tamē iuſta, ac rationabili cauſa poterit illam Summus Pō-
2 tifex, Principi ſeculari, † alterivè laico, in dignitate aliqua conſtituto, illam committere, & ex eius commiſsione, laicus de illa cognoſcere. c. Mennam. 2. q. 4. vbi gloſſ. dicit: hic laico delegatur ſpirituale negotium. c. Præter hoc. §. Ad hoc verò. 32. diſtinct. vbi Gregorius, Rodulpho, & Bertoldo Ducib' laicis, dicit, quòd Simoniacos, & fornicarios in officijs non reci-
3 piant, & à ſanctis † miniſterijs illos prohibeāt. Gloſſ. in cap. Dilecti filij. de Arbitr. & habetur in cap. Si quos. 23. q. 4. Gloſſ. in c. 1. in verb. Præcipimus. 94. diſtinct. gl. in c. Benè quidem in verb. Præter. 96. diſtin. Et idcirco excommu-
4 nicandi etiam facultas † à Papa laicis mandari poteſt Gloſſ. in d. §. Ad hoc verò. in verb. Ducibus. quam eſſe communem opinionem poſt Gloſſ. Hoſtienſ. Petr. de Anchar. Io. de Imol. voluit Deci. in c. 2. nu. 13. de Iudic. & ante eum Abb. Panor. nu. 2. Archidiac. Hoſt. & Gem. in d. c. Mennam. Auguſtin. Berous in d. c. Dilecti. nu. 56. & in c. Contingit. nume. 8. de Arbit. vbi dicit: Sereniſsimum Venetiarum Ducē habuiſſe à Summo Pontifice facultatem componendi contationes inter Epiſcopos Bellunenſem,
5 † & Feltrenſem, & Ciues Taruiſinos: quos refert, & ſequitur nouiſsimè Iacob. Philipp. Portius in conſil. 118. & 120. vbi concludit cauſam matrimonialem fuiſſe commiſſam Illuſtriſsimo conſilio Decem, Sereniſsimi Dominij Veneti, vt apud eum eſt videre. Quod poſt Steph. Aufrer. de poteſtat. ſecul. ſuper Eccleſiaſt. perſon. Regul. 1. voluit Lancellott. Conrad. de offic. prætor. in cauſ. crimin. titul. de inquiſition. nu. 8. caſu 1. & 10. & Io. de Capiſtran. de poteſtat. Papæ. par. 3. Secundæ partis princip. fol. mihi. 101. verſ. Solus Papa concedit laico.

Secundus caſus, quia ex ſupradictis apparet
6 Regem Catholicum in Regnis Aragoniæ † habere cognitionem ſuper prelatos exemptos vt dicit Petr. Belluga in Specul. Principū. Rub. 11. §. Videndū. vbi dixi in verb. Exēpti. & in verb. Probemus. & ſic in inſula Siciliæ habet authoritatē legati de latere, & tenet ſuum tribunal †
7 Monarchiæ in quo agitantur cauſæ Prælatorū. de quo dixi ſupra cap. 53. & nouiſsimè Petrus Cenedo in Collectan. iuris Canonici. 37. nu. 3. par. 1. vbi refert ad hoc propoſitum, quæ ego dixeram ad Bellugam. in d. §. Videndum.

Tertius caſus eſt, dum clerici committunt crimen læſæ Maieſtatis humanæ; quia illorum cauſam de facto cognoſcunt Principes noſtri,
8 alijq; laici Principes, in quos tale delictum † patratum fuit. vt dicit Iul. Clarus in Pract. Crim. q. 36. nu. 28. & in §. Læſæ Maieſtatis. nu. 7. vbi in fin. dicit: In Ciuitate Florentiæ alias fuiſſe ſuſpenſum pro ſimili cauſa, quendam Archiepiſcopum. Faciunt notata per Hieronym. Gigant. in tract. de crim. læſæ Maieſtat. lib. 1. tit. Quis de crim. læſæ Maieſtat. cognoſc. poſſ. nu. 20. vbi dicit. Ipſum vidiſſe Priuilegia diuerſorum Summorum Pontificum ad fauorem Sereniſsimi Dominij Venetiarum, vt de hoc crimi-
9 ne contra † clericos cognoſcere poſsit. Similiter de Rege Galliæ, quòd habet ſimile Priuilegium ſcribit Maſuer. in Pract. tit. de iudic. nu. 9. Gulielm. Benedictus in Rep. c. Raynutius. de teſtam. in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam. deciſ. 2. nu. 147. Et in Regno iſto Neapo-
10 litano habemus tex. in conſt. De perſonis † clericorum; quæ diſponit idem.

Sed text. in clem. Paſtoralis. §. Rurſus de re Ind. facit in contrarium; quòd pœnæ criminis læſæ Maieſtatis locum habeant ſolū modo cō-
11 tra † ſubditos. hoc voluit Bartol. in Extrauag. Qui ſint Rebelles. in verb. Rebellādo. in princ. Andr. Barbat. in conſil. 11. vol. 3. Cardin. in ca. Vergentis. de Hæret. Martin. Laudenſ. de Crimin. læſæ Maieſtat. Notab. 34. Hippolyt. de Marſil. in ſingul. 164. in fin. Reſtaur. Caſtald. de Imperat. q. 118. nu. 8. & ſeq. Rolan. à Valle in conſil. 4. in princip. vol. 1. Lælius Zanchus de Milit. ſacro, & ſecul. lib. 2. cap. 20. nu. 8. Qui idcirco dixerunt, non committi crimen læſæ Maie-
12 ſtas per clericum, cum non ſit Principi † laico ſubditus. quod voluit Aſflict. in c. 1. in verb. Bona committentium crimen læſæ Maieſtatis nu. 33. Quæ ſint Regal. Thomas Grammatic. in deciſ. Neapol. 29. nu. 12. & in deciſ. 61. nu. 17. & nouiſsimè Petrus Foller. in d. Conſt. de perſonis. num. 23. Sed clerici non ſunt ſubditi laico Principi, ergo de eis cognoſcere non poteſt. Quorum opinio communis eſt, & pro Eccleſia fauorabilior, & pro animā tutior. Aliquā tamē lege iuris ciuilis, minimè probatur, committentem crimen læſæ Maieſtatis debere ſubiacē eſſe: quinimmo inferius dicam, etiam in non ſubditos cōtrarium obſeruatum extitiſſe. Nec
13 ſtringit tex. † in d. §. Rurſus cum ille reſpectū non habeat ad ſubditum, vel nō ſubditum, ſed quòd ſit commiſſum delictum in diſtrictu, vel extra diſtrictum. ibi, extra diſtrictum Imperij. Sed tenendō hanc vltimam opinionem, quòd Princeps ſecularis, pro tali crimine in clericū non procedat, nec ſibi permittatur. Hæc opinio recipiat infraſcriptas declarationes.

Primò ſecus eſſe, vbi locus commiſſi criminis eſt laico Principi ſubditus, & clericus ex eodem loco originarius eſſet: tunc enim læſa dicetur eiuſdem Principis Maieſtas, ab origi-
14 nario, & ciue. † ad quod facit tex. in d. clem. Paſtoralis. §. Rurſus. in verb. Domicilium, & originem. Negari enim non poteſt, ciues committere crimen læſæ maieſtatis, & incolas, clericos autem, Ciues eſſe, ac ciuium appellatio-
15 ne † contineri, optimè argumentando concludit Oldrad. in conſil. 32. quæſtio eſt, nota-

tur

tur in c. Accedens. el. 2. extr. vt lit. non conteſt. vbi Clericus dicitur Ciuis illius † loci, in quo habitat. Et etiam ratione Originis dicitur quis ibidē tenere domicilium. l. pen. ff. de Senator. cuius authoritate ità voluit Gloſſ. in d. c. Accedens. Hinc Bald. in l. 1. §. In initio. nu. 3. ff. de offic. præfect. vrb. dicit: clericos eſſe de laicorum diſtrictu. arg. tex. notab. in c. fin. de offici. deleg. in 6. ibi: Dominio temporali, vel Eccleſiaſtico. Idem Bald. in l. 1. §. Huius ſtudij. ff. de
16 inſtit. iur. dicit: Sacerdotes † eſſe partem Reipublicæ, quē ſequitur Petr. de Anchar. in c. Dilecti. vbi Card. de for. compet. & nonnulla ad hunc finem adducit Felyn. in c. Rodulphus. nu. 32. cum pluribus ſeq. de Reſcript. vnde habens incolatum, ſeu Domicilium in aliqua Ciuitate
17 de illa Ciuitate, eſſe dicitur. † Gloſſ. notab. in c. Statum. §. Cum verò in verb. Eiuſdem Ciuitatis. & in verb. Vnam in fin. vbi hoc ponderat Dominicus de S. Geminian. de Reſcript. in 6. Alexand. in l. De pupillo. quam legit cum lege præcedenti. §. Si in publico. ſub n. 4. ff de oper. noui. nuntiation. & ante ipſum Bartol. in l. 1. nu. 11. & ſeq. ff. Ad municip. de Incol. l. Pupillus. §. Incola. ff. de verb. Signif. l. Ciues. C. de Incol. lib. 10. Roland. à Valle in conſil. 79. nu. 51. vol. 3. Franciſc. Cantucc. in deciſ. Rot. nouiſſ. 105. num. 1. vol. 2.

Secundò declara, ſufficere hoc crimen commiſſum fuiſſe intra fines, ac diſtrictus Iuriſdictionis illius Principis laici. Ratione enim loci, in quo facinus patratum eſt, quis ſortitur
18 forum † Auct. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. cum multis à me traditis ad Bellug. in Specul. Principis. Rub. 11. §. Ex quo prædiximus. in verb. Amiſſiones; vbi poſui Regulam, in materia remiſſionis in criminalibus facienda ad locum delicti. vbi poſui triginta vnam declarationes, quæ videri poſſunt.

Tertiò declara, poſſe Principem laicum, ſeu ſecularem, contra clericum, inquiſitionem, & proceſſum formare, ſic & aliam Eccleſiaſticam perſonam ſimile facinus committētem; non tñ ipſe puniet, ſed ex illo ꝓceſſu, & inquiſitione, ſeruatis de iure ſeruāndis, talis clericus, vel religioſus, à ſuo Epō, alioquè Eccleſiaſtico ſuperio
19 re, deponi, aut † etiam actualiter degradari, & tradi etiā Principi laico, debitis pœnis puniēdus. vt dicit Imperator. in §. illud palam eſt. Auct. vt Cleric. apud propr. Epiſcop. ibi: Prius hñc ſpoliari à Deo Amabili Epiſcopo, Sacerdotali dignitate, & ita ſub legum fieri manu. & in §. Si verò crimen. & §. Si verò prius. Auct. de Sāctiſſ. Epiſcop. ibi: Tunc ipſe Epiſcopus, hunc ſecūdum regulas ab honore, ſiue gradu, quem habet, ſeparet, iudex autem vltionem ei inferet congruentem. Hoc etiam cauetur per Auguſtin. in c. Si quis laicus 22. q. 5. ibi: Epiſcopus, præsbyter, Diaconus, ſi hoc crimen com-
20 miſerit, degradetur, Et quatenus † Præpoſit. in c. Imprimis. 2. q. 7. in § de perſona. nu. 17. Ex poſuerit illud verbum, degradetur, ideſt deponatur, verbo tenus non actualiter; Hæc eſſet diuinatio, & violatio textus, & verborum, de quibus formaliter ſcriptum eſt in c. Degradatio.
21 de Pœn. in 6. in quo apparet diuerſitas † verbalis depoſitionis ab actuali degradatione, nō obſtante opinione Iulij Clari in dicta q. 36. nu. 28. qui cenſuit, verbo tantum deponi, & dicit eſſe communem opinionem ex Curt. Iunior. in conſ. 159. nu. 1. qui nihil de hoc. nec alibi, quod ego viderim dicit, & corruptè allegatur à Io. Baptiſta Villalobos. in commun. opin. §. Epiſcopus. num. 99. quia, vt videmus, opinio communis, eſt potius in contrarium per ſupra allegata, quam tenuit Abb. Panor. in c. At ſi clerici. num. 41. in fin. de Iudic. Ioan. Bernard. Diaz in Pract. criminal. Canonic. cap. 110. per totū. Hierony. Gigas de crimin. læſæ Maieſtat. lib. 1. q. 30 nouiſsimè Simō Maiol. de Irregularit. lib. 5. cap. 19. nu. 3. & Anton. Capic. in deciſ. 139. nu. 75. & ſequitur Foller. in dicta Conſtit. de Perſonis. num. 34 Maximèq; procedit in Rege huius Regni, Siciliæ, & Neapolis, qui recognoſcit idem Regnū ab Eccleſia Romana quo
22 caſu videtur crimen læſæ Maieſtatis † in Pontificem, & Eccleſiam Romanam: vt optimè conſiderauit Gigas, quem ſequitur Foller. vbi ſupra. Et opinionem Panor. in d. c. At ſi clerici. tenet etiam Lud. Roman. in conſ. 365. & in ſingul. 701. Incip. Dicam tibi. Qui, & ſi loquatur de degradatione, tamen per degradationem
23 efficitur Curiæ ſecularis, † & intelligitur tradi tus eidē, vt perpendit Diaz. Et mirum eſt, quòd Archidiacon. in d. cap. Si quis laicus. & Andr. Barbat. in d. c. At ſi clerici. dicant dictum. cap. Si quis laicus. non habere Canonis authorita-
24 tem, ſed illud eſſe Paleæ: † quia apparet eſſe dictum Diui Auguſtini, ibidem à Cōpilatore Gratiano poſitum, non autem, vt ipſi dixerunt.
25 Per exempla etiam res obſcuræ † clareſcūt, & deciſio dubij reſultat Illuſtrior. Videbantur ſuper eſſe exempla, quòd etiam non ſubditi læſæ Maieſtatis Rei fuerint puniti. Sic Dorieus Rhodius cū circa Peloponneſum peregrinando captus eſſet, Spartam in vinculis eſt deductus, ibiq; à Lacedemonijs Maieſtatis damna-
26 tus, capitali ſupplicio † noxam luit; vt eſt author Pauſan. in Eliacis. ſiue libr. 6. Hoc tamen exemplum rem non afficit, cum nō iure, ſed facto id violento fecerint.

Quò verò ad perſonas Eccleſiaſticas Maieſtatis inſimulatas, & à laicis ſuperioribus puni tas, S. Deſiderius Epiſcopus Viennenſis, ſe offerre videtur. Hic enim Andij Epiſcopi Lugdunenſis, & Brunechildis Reginæ factionibus, Ma
27 ieſtatis pulſatus, Theodorici Regis † iuſſu, lapidibus obrutus eſt. vt meminit Aimoinus Hiſtor Gallicæ lib. 3. c. 93. Hunc eſſe credo Sanctū Deſiderium, quem, Ado Viennenſis Chronic.

Aetate